This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google


EX LIBRIS
PUBLII
HANNIBALIS
SCICLUNA
NON STEMMA
SED VIRTUTE

Digitized by Google

Sec. 714

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MICHAELIS ANTONII VASSALLI MYLSEN

PHOENICO-PUNICUM SIVE GRAMMATICA MELITENSIS



ROMAE MDCCXCI.
SUMPTIBUS AUCTORIS

APUD ANTONIUM FULGONI
Praesidum Facultate

Digitized by Google

7 DEC 1937
LIBRARY

Digitized by Google

ELENCHUS TOTIUS OPERIS.

Praefatio Hiſtorica Pag. 1
Iſagoge ad Orthographiam 59
Alphabetum Melitenſe 70
LIBER I. De Elementis 79
Cap. I. De Litteris, earum ſonis, & uſu ordine alphabetico ibid.
Cap. II. De quarumdam litterarum affinium Differentia. 92
Cap. III. De Mutatione ſonorum, & cauſſa mutationis eorumdem 95
Canon Generalis conſulendus in dubiis 96
Cap. IV. De Vocalibus 97
Cap. V. De Mutatione Litterarum 101
Cap. VI. De Methodi adhibitae Rationibus 105
LIBER II. De Dictionibus 107
PARS I. De Nomine ibid.
Cap. I. De Qualitate Nominis 108
Cap. II. De Specie Nominis 109
Cap. III. De Genere Nominis 111
Cap. IV. De Numeris Nominum 113
De Numero Duali 115
De Numero Plurali 118

Digitized by Google

De Plurali Irregulari 119
Primus Ordo Pluralium Irregularium 120
Secundus Ordo Pluralium Irregularium 122
De Nominibus quae habent plures Pluralium Claſſes 125
De Pluralium Differentia 128
Cap. V. De Formatione Nominum 129
De Formatione Appellativorum, Nominum actionis & vicis 130
De Formatione Poſſeſſivorum, Gentilium, & Adjectivorum 131
De Formatione Mymmatorum 132
De Formatione Agentis 134
De Formatione Comparativi 135
De Formatione Superlativi 136
De Formatione Diminutivi 137
Cap. VI. De Caſibus 138
De Articulo ibid.
De Caſuum Particulis 139
Cap. VII. De Declinatione 140
Cap. VIII. De Numeralibus 143
PARS II. De Pronomine 145
Cap. I. De Pronomine Separato 146
De Pronomine Perſonali ibid.
De Demonſtrativo ibid.
De Relativo 147
De Interrogativo 148

Digitized by Google

Cap. II. De Pronomine Conjuncto . . ibid.
PARS III. De Verbo 150
Cap. I. De Accidentibus Verbi 151
Obſervatio ibid.
Typus Conjugationis 153
Cap. II. De Verbo Radicali 156
I.ª Claſſis Verborum Radicalium 157
Paradigmata XIII. Formarum Primae Claſſis Verborum Radicalium 160
II.ª Claſſis Verborum Radicalium 167
III.ª Claſſis Verborum Radicalium 168
IV.ª Claſſis Verborum Radicalium 170
V.ª Claſſis Verborum Radicalium 173
VI.ª Claſſis Verborum Radicalium 176
VII.ª Claſſis Verborum Radicalium 178
VIII.ª Claſſis Verborum Radicalium 179
IX.ª & Ultima Claſſis Verborum Radicalium 181
De Verbo Radicali Vauuato 182
Cap. III. De Verbo Aucto 183
I.ª Species Verborum Auctuum 184
Exempla I. Aucti ibid.
II.ª Specie Verborum Auctuum 187
Exempla II. Aucti . ibid.
III.ª & IV.ª Specis Auctuum 189
V.ª Species Verborum Auctum 190
VI.ª VII.ª Species Auctuum 191
VIII.ª Species Verborum Auctuum 192

Digitized by Google

IX.ª & Ultima Species Verborum Auctuum 193.
Exempla ultimi Aucti ibid.
Cap. IV. De Verbis Anomalis, Defectivis, & Peregrinis 195
De Verbo Anomalo ibid.
De Verbo Defectivo 197
De Verbo Peregrino, ſeu Barbaro 198
Cap. V. De Accidentibus Impropriis Verborum 199
De Tempore Imperfecto ibid.
De Tempore Plusquamperfecto. 201
De Praeſenti Tranſitivorum ibid.
De Futuro Propinquo & Remoto 202
Cap. VI. De Modis 203
Cap. VII. De Significatione Verborum 206
PARS IV. De Particulis 208
Cap. I. De Particulis Conjunctis ibid.
Cap. II. De Particulis Separatis 209
LIBER III. De Syntaxi 212
Cap. I. De Conſtructione Nominis cum alio 213
Cap. II. De Conſtructione Verbi cum alio 215
Cap. III. De Conſtructione Verborum cum Nominibus, & viceverſa ibid.
Cap. IV. De Conſtructione Pronominis cum aliis partibus 217

Digitized by Google

De Affixis Nomini 218
De Affixis Verbo 220
De Affixis Particulae 224
Cap. Ultimum. De Phraſibus & nonnullis peculiaribus dicendi Modis a variis partibus conflatis. 225
PRAXIS 230
Taorir fyl qari Mâlti i. e. *Exercitatio in lectione Melitenſi* 231
Lyl Mâlti li qŷned jaqra i. e. *Lectori Melitenſi* 235
Index rerum principalium

Pag.	ERRATA	CORRIGE
3	lin.20. Gualitanos	Gaulitanos
10	l.16. Sŭs a *tinea*	Sŭsa *tinea*
52	l.5. *ilbro*.	*libro*
82	l.ult. ſyllabas quae	ſyllabae quae
84	l. 3. Kha	Hha
114	l.19. Id *manus* Idejn	Id *manus* idejn
142	l.16. ly mɋaʒʒa	mɋaʒʒa
	& l.17. mɋaʒʒa	ly mɋaʒʒa
160	l. 5. Phoeni-Punicis	Phoenico-Punicis
180	l.12. nsûm	nsŭm
206	l. 2. nâraſt	naraſt
224	l. 3. yn-nyſti	yn-nyſsi
	& l. 5. *amaviſti*	*amaviſtis*

Digitized by Google

PRAEFATIO HISTORICA.

QUod adhuc de ſuperſtiti Melitenſium Lingua in Republica litteraria, & praeſertim apud Orientalium linguarum cultores erat undequaque optatum; nunc tenuibus meis hiſce obſervationibus ac ſtudiis poterit, uti ſpero, expleri. Hoc equidem orbi litterario proferre non auderem, niſi ſatis mihi notum eſſet multos; tum ex noſtris, cum ab eruditis variis quandoque

hujus idiomatis dilucidationem vehementer expectare, eandemque non modo exoticarum linguarum maxime Orientalium Studioſis jucundiſſimam, verum etiam ipſis antiquitatum indagatoribus valde utilem eſſe, ac ſaepe neceſſariam. Quapropter vivae hujus noſtrae Melitenſis linguae naturam ſtructuramque univerſam introſpiciens, ab eadem ipſa, tanquam a vero ac primigenio fonte praecipua ipſius fundamenta deprompſi ac collegi: quaeque inde ita deprompta atque collecta, in Grammaticae methodum diſponere, ac diſpoſita publici juris facere admodum utile exiſtimavi. Id autem, ut clarius quam fieri poteſt evadat, opportunum eſſe duxi nonnulla.

in operis veſtibulo, quae ad hujus linguae naturam, originem, antiquitatem, progreſſum, utilitatem, praeſtantiam, ceteroſque characteres ſpectant, praemittere, ut de ea plenam ac perfectam notionem quiſque conſequi facile per ſe poſſit.

II. Lingua igitur illa, quam tradimus, Melitenſis, eſt quoddam celebre & pretioſum venerandae antiquitatis monumentum ex primaevis & antiquioribus illis Orientis idiomatibus, quod olim ibi, & in objacentibus noſtrarum Inſularum locis florebat, atque ad haec noſtra uſque tempora apud Melitenſes & Gualitanos mirum in modum retentum atque conſervatum: quodque licet in anguſtis limiti-

bus utriuſque dumtaxat Inſulae aſſervetur; inſpectis tamen ejus, quas innuimus qualitatibus, atque bene perpenſis, locum merito prae celebrioribus ac primariis orientalibus linguis erit plane habendum. Nec eſt in hac aſſertione admirationis locus, ut aliquis fortaſſe credat: quod enim aſſerui, cuique facile perſpicuum fiet, ſi ad inveſtigandam hujus linguae antiquitatem, & primaevam originem ſe extenderit.

III. Nam, ut ab inveſtiganda antiquitate exordiamur, certum eſt Melitenſem linguam a Phoenicibus originem trahere; quum hi primi fuerint, qui per plurima finitima loca peragrarint, & primi, qui navibus Melitam per-

Digitized by Google

venerint, eandemque tum ob portuum commoditatem; tum ob ſpectabilem in alto mari ſitum, tum quoque propter navigationem, atque negotiationis cauſſam ad longum tempus incoluere. Hoc quantum ſit manifeſte exploratum, eruditorum neminem profecto fallere poteſt: quoniam id non ſolum ſcriptores tum veteres tum recentiores unanimi conſenſu comprobant, ſed plurima quoque ac inſignia Phoenicium monumenta diverſis temporibus comperta, atque in variis Melitae & Gauli locis effoſſa. Phoenicium hocce idioma ex Chaldaeorum lingua, veluti ab Orientalium linguarum *Matre* ſua primordia obtinuit: quo Cananaei & Phoenices omnes,

Digitized by Google

ut & Hebraei, qui dialectu tantum diſtinguebantur, loquuti ſunt. Ut igitur magis clare ac perſpicue, quae modo de hujus linguae Melitenſis origine diximus, intelligantur, nonnulla ex Chaldaico, Syriaco atque Hebraico excerpta velim adnotemus, ex quibus manifeſto conſtet vetera haec idiomata cum hodierna Melitenſi valde convenire, eo ferme pacto quo olim haec cum illis conveniebat: quod comprobari poteſt innumeris vocabulis, quae in die eodem ſenſu ac ſono ex ore noſtro proferuntur.

IV. Et revera eſt quidem inſenſibilis differentia illa, quae inter multas dictiones Chaldaicas intercedit, & Melitenſes, ut

Digitized by Google

Armla *vidua* Chald: ܐܪܡܠܬܐ
vidua II. Reg. 14. 5.
Deheb *aurum* Chaldaic. ܕܗܒܐ
aurum. Gen. 24. 53.
Drȝa (ut bene verba Melitenſia
legas, conſule Alphabet. no-
ſtrum ad finem Iſagog. n. 12.
& lib. 1. c. 1.) Drȝa: *brachium*
Chald. ܕܪܥܐ *brachium*. Iſa.
63. 5.
Kybrit: *ſulphur* ܟܒܪܝܬܐ *ſul-
phur* Pſalm. 11. 6.
Sykkina: *culter* ܣܟܝܢܐ *cul-
ter* Prov. 23. 2.
ϣemϣ: *ſol*, Chald. ܫܡܫܐ *Sol*
Malac. 4. 2.
ϣytla *planta* ܢܨܒܬܐ *planta*
Deut. 32. 32.
Kevkba *ſtella* ܟܘܟܒܐ, & in-
numera alia tam in radice,

quam in ſignificatione conſo-
nantia.

V. Hinc veluti neceſſaria exoritur Melitenſis linguae affinitas cum Aramaea ſive Syriaca, quia haec diſcrepat a Chaldaica in ſola accidentali dictionum prolatione, cum qua nonnullos ex Melitenſibus in efferendis quibuſdam vocibus etiam convenire ſæpiſſime meis auribus audivi. Sic quidam pro LE: *non*, dicunt uti Syri [illegible] lo: *non*. Pariter Sôm *jejunavit*, & Matt. 4. 2. habet [illegible] u ſom *& jejunavit*; uti etiam idem Matt. 13. 30. [illegible] *meſſis*, & nos Aſsod. Immo nonnullas inflexiones cum Syris in parte communes habemus; ut [illegible] ſomt *jejunaſti*, [illegible] ſum *je-*

juma, ܩܘܡ Qûm *ſurge*, ܡܝܬ myt: *mortuus eſt*, ܡܝܬܬ mytt: *mortuus es*, ܡܘܬ mût *morere* &c. quae ſono, & inflexione omnino conveniant.

VI. Alia deinde habemus vocabula contractis Syrorum vocibus ſimilia, & ut ſupra in ſono ac ſignificatione congruentia: ſic:

Demm *ſanguis*, Syriace ܕܡ *ſanguis* Matt. 16. 17.

Id *manus*, Syr. ܐܝܕ *manus* Mat. 18. 8.

Rû8 *ſpiritus*, ܪܘܚ *ſpiritus* Matt. 27. 50.

Ajn *oculus*, ܥܝܢ *oculus* Matt. 18. 9.

Xybt *anethum*, ܫܒܬ *anethum* Matt. 23. 23.

Jûm *dies* ܝܘܡ *dies*, uti Koljûm vel Kuljûm *quotidie*, & Syri ܟܠܝܘܡ *quotidie* Matt. 26.55. Xanût *caupona* ܚܢܘܬܐ &c. Nec non alia Chaldaico more prolata; ut Sajjem, ſajma *plur.* ſajmin : *jejuno*, *jejunas*, *jejunat*, *jejunamus*, *jejunatis*, *jejunant* in utroque genere: quibus Melitenſium vocibus ſimiles habebis ܨܐܡ ܨܝܡܐ ܨܝܡܝܢ ſi eas Chaldaice proferas. Alia tandem a Syris orientia; ut Sabar *patientia* a Syriaco ܣܟܐ *expectavit*, *ſuſtinuit* Pſalm. 5.6.; Súſ a *tinea* a Syr. ܣܣܐ *tinea* Iſaj. 51. 8., Tydma *morſus*, & ܢܟܬܐ apud Syrorum grammaticos *contractio*; quae quid aliud eſt, niſi ablatio litterarum e dictionibus & quaſi morſus dictionum.

Digitized by Google

VII. Nec mirari hic debemus, ſi in noſtra Melitenſi loquutione permultas dictiones Hebraicas inveniamus: hoc enim fit ex harmonia illa, quam in loquendo cum Chaldaeis, Cananaeis, Phoenicibus, & Syris habebant Hebraei, ac proinde cum primaevis Melitenſibus; ita

Bŷrek *benedixit*, Hebraice ברך *benedixit* Pſ. 10. 3.

Tbŷrek *benedictus eſt*, paſſive התברך Gen. 22. 18.

Fydæ *redemit*, Hebr. פדה *redemit* Job. 5. 20.

Faȣma *carbo*, Hebr. פחם *carbo* Prov. 26. 21.

ŋynba *uva*, Hebr. ענב *uva* Deut. 32. 14.

Bnŷdem *homo*, Hebr. בנארם

a בן *filius* & אדם *homo* ſeu *Adam*: unde Melitenſis vox Bnŷdem *homo* filius hominis ſeu Adae valet, quaſi dicitur Byn-Adâm. Phraſes quoque cum Hebraeis communes retinemus; ut עיניכם *oculi veſtri*, & nos ɦajnejkem vel ɦajnejkom. מלא ידו *implevit manum ſuam*, & Melit. = Mylæ idu. עינו לא תשבע *oculus ejus non ſatiabitur*, & nos dicimus: ɦajnu ma tyщbâщ = quod idem valet, ac ɦajnu la tyщbaщ. *La* enim ſeu *Le* apud nos negat, quemadmodum in Hebraico לא *non*.

VIII. Quapropter cum Rabbinica lectione communicat Melitenſis loquutio, eique quam maxime eſt affinis; quum Rabbi-

Digitized by Google

nica lectio non Hebraicis tantum vocibus conſtet, ſed Chaldaicis aliiſque orientalibus. Atque ex ipſis quoque Samaritanis dictionibus poſſidet idioma noſtrum; ut ࠆࠓࠄ *diſperſit* Lev. 26. 33. Melit. Derræ *diſperſit*, ࠎࠂࠓࠅ *clauſerunt* Gen. 19. 10. & nos dicimns ϕaflu *clauſerunt*, & aliae, quas vid. poſtea (XIV.). Haec omnia hactenus expoſita vivide demonſtrant apud hodiernos Melitenſes utique vetus illud idioma ſuperſtes conſervari, & ad haec noſtra uſque tempora perveniſſe.

IX. Floruit Phoenicium idioma in Melita nitidum & incorruptum ad multa ſaecula. Nam licet poſt Phoenices, Graeci,

Digitized by Google

Carthaginenſes, & inde Romani in Melitam ſucceſſerint; nihilominus Phoenicibus adhuc eam incolentibus illae gentes nihil Phoenicae dialectui officere aut corrumpere potuerunt: quum praeſertim Graecorum & Romanorum linguae Phoenico idiomati prorſus eſſent heterogeneae. Praeterquamquod ſciendum eſt, quod Graeci in Melitam negotii cauſſa tranſiebant; Poeni ſeu Carthaginenſes, qui una cum Phoenicibus, ex quibus orti erant, diu Melitam incoluere, linguam communem habebant; & Romani brevi temporis ſpatio Melitam dominarunt. Unde patet primum Melitenſe idioma a Phoenicium temporibus per nonnulla ſaecula poſt

Romanorum imperium ſemper nitidum, & incorruptum floruiſſe.

X. Capta vero a Saracaenis Melita, res non ita ſe habuit. Etenim quemadmodum inter Saracaenam linguam, quae eadem eſt ac Arabica, & noſtram veterem Melitenſem tunc temporis omnino Phoenicam ac Punicam, originis gratia magna inerat affinitas & analogia; ita facile erat Melitenſem in Arabicam degenerari. Quod ſi eam Arabes in eorum Arabicam non permutarunt, ratio per ſe manifeſte evincitur, ex eo quod Melitenſes, quamquam mille mala paſſi, Religioni tamen Catholicae, & patriis ritibus a D. Pauli adventu addictiſſimi, nunquam

Digitized by Google

cum Saracaenis conſortium aut coalitionem ſuſtinuerunt ; ſed infenſiſſima & aeterna, ut ita dicam, odia coluerunt, atque Arabum nomen, mores, religionem, ac proinde linguam deteſtarunt. Haec eſt princeps cauſſa, qua idioma noſtrum Arabiſmi audit, revera autem Arabicum non eſt.

XI. Verumtamen vocabula Arabica, quae nunc apud nos extant Arabum omnium & Arabicae linguae cultorum conſenſu tanquam per *ſelectiſſima* habentur. Nec eſt dubitandi locus; ipſa enim per ſe patent, & ex comparatione dignoſci poſſunt. At ſi quis ſcire velit, unde hoc evenit, ſtatim probabile, immo rei ipſi valde conſentaneum ib-

Digitized by Google

venerit, quod Saracaenorum tempore lingua Arabica omnino nitida erat: propterea quas ipſi reliquerunt in Melita voces nitidae fuerunt ac purae. Sic

Bĭr *puteus*, Arabice بير *puteus*.

Barad *limavit*, Arab. برد *limavit*.

Daɸal *ingreſſus eſt*, Arab. دخل *ingreſſus eſt*.

Daɸɸal *ingredi fecit* ſeu *introduxit*, & pariter Arabic. دخّل *ingredi fecit*.

Dâr *domus*, & Arab. دار juxta Algâzel in *expoſit. Fid. Sonnit.* & Abu-Iſmaelem Togkraj in *poem.* لامية العجم verſ. LVII. alioſque *domus* interpretatur, licet apud pleroſque Arabum بيت *domus*, quae vox apud nos Melitenſes, ſcilicet Bejt

tectum ſolare ſignificat, & nunquam pro domo tota accipitur.

Pariter جرّة *hydria*, & nos Γarra *hydria*. Γenna *paradiſus* Arab. جنّة ſtilo coranico *paradiſum* quoque ſignificat.

Γezzæ *tonſura* Arab. جزّة *tonſura*.

ȣâreb *cilium* Ar. حاجب *cilium*.

ɸarer *exivit* Arab. خرج *exivit*.

ȣama *limus* Arab. حما *limus* &c.

Nec non inflexiones etiam, phraſes, nonnullae dicendi formulae, ſententiae, ac proverbia, & alia cum Arabibus communia adſervant Melitenſes.

XII. Atque hac de cauſſa habentur quoque in Melitenſi

idiomate nonnullae dictiones veteribus Sabaeis ac Aethiopibus affines; ut ዝቅ *uter*, & nos Zaɋɋ *uter*. ተሬት *mollis*, & Melitenſes Tyræ vocant *terram ſubtus humidam & mollem*. ቀሲስ *vetus*, *ſenex* a quo licet inferre Ɋassis Melitenſium uti & Arabum قسيس *ſacerdos*, *presbyter*; nempe ea ferme lege qua Latini a Graeco πρεσβυτερον ſacerdotem appellarunt *presbyterum*, ſcilicet ſenem, ita Meliteñſes ſacerdotem Ɋassis ab Aethiopico Kasis appellaſſe videtur.

XIII. Hiſce clare praemiſſis legitima veluti exurgit Melitenſis linguae affinitas & conſonantia quammaxima cum primariis orientalibus linguis, & praecipue cum omnibus dialectis

Digitized by Google

a Chaldaica ortis. Nam eo pacto quo hae inter ſe tanquam ſorores & filiae innumerabiles voces tum in ſono, tum in ſignificatione, tum quoque in inflexionibus, ac maxime in radicalibus litteris communes poſſident; ita lingua Melitenſium hodierna veluti illarum dialectorum ſoror, & Chaldaicae filia, cum omnibus multa habet communia, & quidem eodem modo, quo illae inter ſe.

XIV. Nec mea me fallit opinio: quae enim aſſero ipſa experientia optima rerum magiſtra docet, ac demonſtrat. Quoniam quod Melitenſes dicunt. Bykæ *flevit* Chal. בכא Hebr. בכה Syr. ܒܟܐ Samar. ࠁࠊࠄ Arab. بكى Aeth. በከየ.

Digitized by Google

Bynæ *aedificavit*, Chald. & Syr. ܒܢܐ Hebr. בנה Arab. بنى

Ϩáleb *mulſit, lac e mammis extraxit* Chald. & Syr. ܚܠܒ Hebr. חלב Arab. حلب.

Ϥôm *ſurrexit* Chald. ܩܘܡ Syr. ܩܡ Hebr. קום Samar. ࠒࠅࠌ Arab. قام Aeth. ቆመ.

Mŷt *mortuus eſt* Chald. & Syr. ܡܝܬ Hebr. מת Arab. مات.

Mylæ *implevit, hauſit aquam* Ch. ܡܠܐ Sam. ࠌࠋࠀ *proprie hauſit aquam* Aeth. መልአ.

Ϩajn *oculus* Chal. & Syr. ܥܝܢ Hebr. עין Samarit. ࠏࠉࠍ Arab. عين.

Ϩáϥad *nodavit* Chaldaice ܥܩܕ Hebr. עקד Arab. عقد.

Ryſes *conculcavit, quaſſavit* Chal.

& Syr. ܪܦܣ Hebr. רפס vel רפש Arab. رفس.
Rûɤ *ſpiritus* Chaldaic. ܪܘܚܐ Hebr. רוח Arab. روح. & alia permulta.

Ex his omnibus modò expoſitis evidentiſſime colligitur, quàm perſpicuitatem, quod magnum lumen affert Melitenſis lingua ceteris orientalium antiquioribus, atque inde ex illarum analogia & conſonantia cum hac noſtra, quam maximas utilitates atque adjumenta noſtrates trahere poſſunt in edocendis, ſcilicet addiſcendiſque orientalibus linguis.

XV. Nunc bene ſaltem eſt per tranſennam adnotare, hanc eandem conſonantiam, & analo-

giam cum orientalibus dialectis, alioſque hujus idiomatis characteres, iis, qui ipſum idioma noſtrum, MELITENSE nolunt, aut quod ineptius dedignantur appellare, anſam praebuiſſe, in varias ac ſoepe contrarias opiniones abeundi. Etenim qui cognitionem linguae Hebraicae & aliquid luminis noſtrae habebant, ſtatim noſtram hanc Melitenſem eſſe *Hebraicam*, veluti a tripode Delphico deciderunt, qui Chaldaicae & Melitenſis, libere noſtram *Chaldaicam* eſſe adfirmarunt; qui Syriacae, *Syriacam*: alii tandem *Samariticam*, *Aethiopicam*, nonnulli *Mauram*, *Aegyptiacam*, nec non Turcicam, Perſicam putarunt, unuſ-

Digitized by Google

quiſque ſcilicet juxta captum ſuum: multi vero *Punicam*, multique *Arabicam* omnino eſſe volunt. Quas inter opiniones, duae poſteriores pro unaquaque parte aſſertoribus ac ſectatoribus minime deſunt: quos omnes ad experientiam magiſtram ac talia diſcrimina ſolventem mitto. Ego enim linguam hanc noſtram, & mihi maternam, ac naturalem neſcio, immo nequeo ſecus vocare, niſi *Melitenſem*. Nam quis audet Italum idioma Latinum dicere, aut Graecum, quamvis latiniſmis & graeciſmis plenum? Ita Melitenſe. Congruum eſt potius dicere Italum a Latino Graecoque oriri, & Melitenſe a Phoenico & Punico.

Digitized by Google

XVI. Quod ſi quis clariorem ideam linguae hujus habere cupierit, nempe quibus vocibus magis abundet, aut quibus linguis ex enumeratis magis amice uniformetur; in hac occaſione velim quiſque bene animadvertat: quod licet in hodierno Melitenſium Idiomate quamplurima dentur vocabula, quae cum Arabico ſermone magnum habeant conſenſum; nihilominus *ultimam originem & natales a Phoenicibus atque Poenis trahunt*. Magnus eſt enim in noſtra lingua numerus vocum, quae etſi orientales ſint, & gutture exprimantur, nullam tamen cum Arabicis dictionibus agnoſcunt communionem. Hasce voces quis dubitat Phoeni-

Digitized by Google

co-Punicas non eſſe, & ad nos a Phoenicibus atque Poenis tranſmiſſas? praeſertim quum innumeras dictiones ac infle-ctendi modos Chaldaicis & Aramaeis ſimiles, vel ſaltem multum affines habeamus, teſtimonium valde clarum ipſas Phoenicas eſſe.

XVII. Quod ſi denique innumera habentur apud nos vocabula Arabicis vocibus ſimilia; ex hoc inde minime infertur eadem ex Phoenicum idiomate haud ortas eſſe; quum veterum orientalium linguarum major pars radicalium vocum cum inflexionibus quoque in Arabicam migrarint, & in ea uti in iſtarum linguarum hodie centro ſedem poſuerint, immo vocabu-

Digitized by Google

la, quae in illis periere, viva in hac extant. Quae omnia hic aſſerta, eos qui cum hiſtoria linguam Chaldaicam, Hebraicam, Syriacam, Arabicam &c. callent, minime fugiunt.

XVIII. Quocirca non abs re erit obiter in hoc loco indigitare ſuperſtitem hanc linguam variis gaudere dialectulis (quod in Grammaticae proceſſu obſervabimus) conſiſtentibus peculiariter in varia matruum lectionis ſeu vocalium magnarum pronunciatione (11. 25. & ſeq.): multi enim eam ut plurimum Arabicam poſſident, ſed non bene ſartam ac integram ratione dumtaxat pronunciationis litterarum gutturalium ⲱ ʒ & ⲫ (Arabicis

خ غ ق reſpondentium) quas per ȣ ∩ & k quidam abuſive ac vitioſe pronunciant ; alii efferunt potius Hebraice, nonnulli quiddam habent Syriaſmi (V.) ; ſed plerique Chaldaico modo proferunt : quorum naturalis, & nil affectata pronunciatio, eo quod ceterarum antiquiſſima, & Phoeniciae linguae, atque primaevae Melitenſi proxime accedat, reliquis omnibus pronunciandi uſibus eſt anteponenda, ac proinde optima dici poteſt.

XIX. Et ut Lectores noſtri hodiernae Melitae & Gauli linguae naturam melius inveſtigent, claramque inde poſſint effingere ideam, neceſſe eſt ad

ultimum ejuſdem loquelae viciſſitudines enucleemus: Quod nempe ejectis e Melita Saracaenis idioma noſtrum in eodem ſtatu, ſcilicet Phoenico-Punicum Arabicis dictionibus, & quidem ex aureis ditiſſimum ad praeſens uſque remanſit, etiamſi ex eo tempore admixtum fuerit exoticis quibuſdam vocibus a linguis ſibi prorſus omnino heterogeneis. Non quod lingua Melitenſium ſuperſtes ex ſe ſterilis ſit, & vocum in omni dictionum genere inops: eſt enim & verborum & elegantiarum ſatis valde plena, &, ſi libet, ad luxuriem magis abunde copioſa, maxime in familiari loquutione, in qua nec quidquam deeſt, quin ex propria ſupellectili acutiſſi-

Digitized by Google

mos ſenſus valeamus ſignanter (1) exprimere, & quidem

---

(1) Notandum eſt in vocibus phraſibus ac nativis noſtrae linguae ſententiis, magnum ut plurimum cum re ſignificata conſenſum reperiri; adeoque ſoni, ex quibus voces & dicendi modi formantur, omnem affectuum varietatem quam aptiſſime exprimunt: ſunt enim tenuiores, leviores, molliores, acutiores, fortiores, clariores, obſcuriores, craſſiores, obtuſiores, magis ſtriduli &c, ita ut in dicendo & loquendo res ipſae & actiones ſignificandae ſono tantum vivide audiuntur deſcriptae, & ſoni varietas ac naturalis harmonia eaſdem veluti pictas innuit atque exprimit. Sic Bart *frigus ſpirante Borea*, Ksŷʀ *frigus ſine vento*, Kŷsaʀ u rŷzaʀ *frigidus & frigore tremens*, Jbaꝗaꝗ *ebullit fortiter*, Чaꝗчlꝗ *fragor*, Faꝗꝗañ *diſploſit*, Щytæ *pluvia*, Jbekbek *ingurgitat in ſe vinum*, Tlaꝗlaꝗ *glocitat* gallina, Jyzher *hinnit* equus, Jpeſpes *pipit* pullaſter ſeu avicula, Jſŭr *ad ſummum plenus evadit* puteus ſeu vas *emittens aquam*, vel *jus fervendo emittit* olla ſeu cacabus, Φymdæ *taciturnitas*, Skŷt *ſilentium*, Saʀva *ceſſatio pluviae*

Digitized by Google

ἐμφατικῶς: ſed partim quod ob varia poſt Saracaenos exterarum gentium commercia, quarum

---

ſeu *tempeſtatis*, & ſimilia. Quare ſono placida, mitia, & jucunda in hoc idiomate invenies verba pro amore aut ſimili affectu excitando; ut Ejja ſejni ja hena ta ꝗalbi *veni ad me o tu* qui es *conſolatio cordis mei*; quemadmodum e contra pro indignatione aut ira exprimenda habebis verba ſono ipſo increpantia, ac timorem pavoremque incutientia; ut Ahrab u dûb myn ꝗoddŷm ɲajnejja, ɲaщ jŷk naȣkmek, nɜazzzek u naɲmlek trŷtaꝗ: *fuge & abi in nihilum a praeſentia oculorum meorum, quia ſi prehendam te*, irato dente *devorabo te, & concidam te in fruſta*. Sic pariter deſcribuntur vehementia, ut in deſcribenda ventorum tempeſtate Ꝗômet zyffæ rĭȣ, bydæ jytωâbat jonfoω u jωabbat, ylli kŷn donnu jrĭd jarfañ yn-nŷs, jaꝗlañ ys-syrar, jrarraf yd-djâr, u jaꝗleb yd-dynjæ: *orta eſt tempeſtas venti*, qui *coepit* tanto *agitari* impetu *inflare & agitare, ut videretur velle elev are homines, evellere arbores, diruere domos, & evertere mundum*.

Digitized by Google

exotica, & idiomate noſtro toto caelo differens loquela, peculiariter in maritimis portuum

---

Eſt praeterea lingua haec Synonymis plena, ut Ysket, yzzŷf, yrzan, oɸnod, tytkellemщ, razzan lsŷneк, âra tytnyffes, tytnyffeщ, yɸmed: *ſile*, *tace*. Ita etiam Чaɸlaɸ, ĭsa, yrɸĭlhæ, wenwen, ytlaɸ, ytylɸylhæ, rûя, revvaя, hajdar, ymщi, zŭl, mŭr: *ito*, *abi*, Bakkar, dŷreк, яyкeк, ɸôm кmŷni, ɸabel yl vaɸt, byкri: *mane ante tempus ſurrexit.* Ideoque ad Poeſim aptiſſima, non ſolum quia vocibus modo valde, modo minus ſonoris dulcioribus & emphaticis plena, & omni ſententiarum ac phraſium gratia & yenere luxuriens: verum etiam quia loco & tempore ob vocum abundantiam atque copiam voces diverſas ſive proprias ſive figuratas in rebus indicandis adhibere poteſt. Immo in Poeſi utitur quibuſdam vocibus, quas in alio dicendi genere minime adhibet; ut Яanĭni *amans meus*, *dilectus meus*, Яanĭnti, vel ylяanĭna tĭnĭ *amans mea*, *dilecta mea* &c. quae expreſſiones non audiuntur niſi in Poeſi: *Amans* enim in alia oratione Яabĭb dicitur &c.

Digitized by Google

principalium locis ſenſim intro-
ducta, aegre potuerit evitari;
partim quod nimia innovandi
affectatio inordinata prurigine
multos irritaverit voces, prae-
ter neceſſitatem peregrinas, ac
barbaras adoptandi, conquiren-
dique, qui nihil bene ac ele-
ganter dici poſſe credunt, quod
non inſolitum quiddam, aut pe-
regrinum ſonum ſapiat; partim
tandem quod noſtrates a Saracae-
norum tempeſtate ad praeſens
uſque proprium idioma nullius
momenti eſſe exiſtimaverint; ſo-
mniantes fortaſſe, ſaltem non-
nulli, perplexam & intricatio-
rem vernaculae linguae ratio-
nem, ut aegre poſſit Gramma-
ticae leges ſubire, & gramma-
ticos canones amplecti. Atque

Digitized by Google

hiſce partim mixturis, partim incuriis, partim quoque longiori temporis tractu, qui etiam in aliis linguis magnam ſolet praeſtare mutationem factum eſt, ut naturalis Melitenſium lingua ortu & antiquitate tam nobilis, tamque excellens, & natura ſua elegans, nonnullis in locis, vel omnino neglecta, vel nihili facta, ac proinde exteris ſibique heterogeneis vocibus adulterata evaſiſſet.

XX. Eſt ne ergo his de cauſſis nunc quoque negligenda, quemadmodum adhuc neglecta fuit? Nemo ſanus hoc aſſerere audet, niſi qui omnino ignorat qualitatem ejuſdem ac naturam, atque inde ipſummet latent utilitates quammaximae, quas ex-

Digitized by Google

ſuperſtiti noſtra lingua expectat litterarum Reſpublica: quoniam haec illius culturam valde optat; poſtulant id non ſolum utilitates, quae ex hoc idiomate exculto trahantur, ſed ipſius loquelae dignitas ac praeſtantia. Nam qualis lingua nobilior dici poteſt illa, cujus ortus a Chaldaica orientalium fere omnium linguarum protoparente? Qualis illuſtrior illa, quae ex Arabica antiqua quamplurimas dictiones aureas ac puras hauſit, atque in latebris ſuis conſervat, ac una eademque veluti eſt cum primaria & vaſtiori inter orientalium linguas? Qualis tandem ſanctior illa, quae cum Hebraica & Syriaca uniformatur, cum duabus ſcilicet linguis ſanctis, prima a

Deo legem dictante conſecrata; altera a Deo homine facto & inter homines humiliter vitam degente, familiariterque loquente condecorata?

XXI. Quapropter multi viri clariſſimi, praeſertim veterum orientis linguarum philologi, antiquitatumq; indagatores, quum vix pauca de noſtra lingua deguſtaſſent, ſtatim horum deſideria de hujus linguae dilucidatione oſtendere coeperunt, ad hoc ut primum ejus inveſtigarent qualitatem, ut inde lumina varia ac fere innumera expiſcarentur. Et ſane: quid inquirere auſus non eſt cl. Jo. Henricus Majus in ſuo *Specim. linguae Punicae in hodierna Melitenſium ſuperſtitis*? Quid ante hunc alii de hac

Digitized by Google

lingua non opinarunt ; nempe Quintinus Haedus in *Deſcript. Inſ. Melitae ad Sophum*, Philippus Cluverius *Sicul. antiq.* Thomas Fazellus *de rebus ſiculis Dec.* 1., Samuel Bochart in *Geogr. Sacr. ſeu Phaleg. & Canaan*, aliique, qui licet linguae Melitenſis parum haberent luminis, ſuas tamen opiniones de ea ediderunt. Quibus addi poſſunt, praeter noſtros varios, innumeri ex Germanis, Anglis, Gallis, Italis orbi litterario noti, uti ſunt Burchard Niderſtedt, Goyot de la Marne, Hieronym. Megiſerius, P. Bonifac. Finetti ceterique, quorum nomina brevitate ſileo, qui linguam hanc Melitenſem e tenebris erutam atque eruditis omnibus commu-

Digitized by Google

nem redditam deſiderarunt.

XXII. Horum deſideria excitavit procul dubio multiplex illa utilitas ac commoda, quae ab hoc idiomate bene elucidato orbis litterarius erat percepturus, etiamſi haec commoda aut nihil, aut niſi confuſe ipſi praecognoverint. Nam ex eius antiquitate adhuc vigente, lumina non exigua poſſunt perhiberi pro interpretationibus veterum monumentorum, antiquarum linguarum, uti monumenta inſcripta Phoenicorum (2),

(2) Phoenicorum & Poenorum monumenta eorum characteribus inſcripta, non pauca ſunt adhuc in variis locis defoſſa, ubi olim illae gentes inhabitarunt. Ad ea autem explicanda quamplures Eru-

Poenorum, aliarumque gentium; nenon interpretari dilucidarique verba, phraſes, &

---

ditiſſimi viri deſudarunt, quorum tamen interpretationes nonnullae ſunt potius ad ingenii libitum efficтae. Iſta vero monumenta, in quibus Phoeniciae litteraturae rudera adſervantur, melius, clarius ac magis proprie interpretari poſſunt per hanc veterem Melitenſium linguam (in qua antiqua Phoeniciae & Punicae reliquiae adhuc, ut obſervavimus remanent. Hinc noſtri idiomatis lumine valemus potiori ratione interpretari tot illas Phoenicas ac Punicas inſcriptiones, quae obſervantur in nummis regum Syriae, & in aliis Sidoniorum, Tyriorum, Carthaginenſium, Melitenſium, Panormitanorum, Coſyrenſium &c. quas quamplurimi cl. viri edidere. Quod de nummorum characteribus dico, dic pariter de ceteris Phoeniciis ac Poenis inſcriptionibus, Citienſibus in Cypri inſula defoſſis, Erycinis & Panormitanis in Sicilia, Melitenſibus, Gaulitanis, & aliis, quae paſſim quotidie per Meli-

& alii dicendi modi ſoepe incomprehenſibiles, qui in variis codicum antiquorum locis inveniuntur, in quibus non raro occurrunt dictiones vel nimis


---

tam Siciliam aliaque loca effodiuntur. Et ſane, Melitae in quodam ſubterraneo ſepulcro in loco dicto Tabyn Iſa (Melit. Tabyn ſIisse) fuit anno MDCCLXI. defoſſa quaedam inſcriptio, cujus characteres ſunt procul dubio Phoenicii. Litterae in ea habebantur XLVII. nempe XV in primo verſiculo, XI vel XII in ſecundo, XI in tertio, & in quarto ſeu ultimo IX. Hanc inſcriptionem omnino interpretatam hic non edidi ob quaſdam difficultates mihi exortas e varietate & diſcrepantia exemplariorum quae penes me ſervantur, & aliorum, quae in quibuſdam libris edita vidi. In ultimo tantum verſiculo cyfrae omnium exemplariorum conveniunt; & ſunt prima Aain, 2, Lamed, 3. Beth, 4. Nun, 5. pariter Beth, 6, Teth, 7. Mem, 8. etiam Lamed, 9, tandem

Digitized by Google

antiquae & obſcurae, vel obſoletae ac in oblivione jacentes,

Caſ. Ex his novem quatuor componuntur dictiones Phoeniciae, uti vides



Quae ſic leguntur

	ՈAL	BYN	BAT	MALEK
id eſt	Pro	Filio	Bati	Regis.

Nam particula nal apud nos ſignificat *per*, *pro*, *ad*; ut
Dân nal mìn? nalìa: *hoc pro quo? pro me*.
Byn *filius*, ut Byn oĥa *filius fratris mei* ſeu *nepos ex fratre*.
Bat eſt nomen proprium, & nomina propria eadem ſemper remanent.
Malek *rex*, ſed hodie apud Meliteſes eſt vox inuſitata, & pro ea utimur voce Sultân, quae tam pro rege, ut Sultân tal lhûd *rex Judaeorum*, quam pro quocunque principe ac imperanti accipitur.

& ideo nobis prorſus ignotae ; quae tamen ſive Chaldaicae ſint,

---

Sed olim in uſu fuit, & originem habuit a Phenicibus, qui eam cum Hebraeis aliiſque orientalibus communem habuerunt.

Nam Hebraice מלך est Rex *proprie & legitime conſtitutus, & qui certis legibus moderatur* Deuter. c. 28. v. 3. a quo differt סלתאן Sultân ab Arabico سلطان *Dominus, princeps abſolutus, deſpota cum poteſtate abſoluta, a cujus ſola voluntate omnes pendent.*

Haec ergo inſcriptio eſt procul dubio Epitaphium Filii Regis Batti. De hoc Melitenſi Principe, ſic cecinit Ovidius Faſt. lib. III.

Fertilis eſt Milite ſterili vicina Cosyrae
Inſula, quam Libyci verberat unda freti,
Hanc petit, hoſpitio Regis confiſa vetuſto,
Hoſpes opum dives, Rex ibi Battus erat.

Totius inſcriptionis interpretationem daturum ſpero, quando ex originali verum exemplar habebo.

Digitized by Google

ſive Hebraicae aut Samariticae, ſive Saracaenicae ſeu veteres Arabicae, Melitenſibus adhuc ſervatis vocibus, phraſibus, viviſque ſuperſtitis loquutionis uſibus, quos in die conſervamus; valent proprie ac non raro perfecte determinari, commentari (3).

---

(3) Ne mireris Lector Erudite ſi tanta aſſerere audeo: quae enim ajo firmiſſimis queant corroborari argumentis deductis e ſola tantum analogia & convenientia cum ceteris orientalibus dialectis, uti adhuc jam obſervavimus. Sed ut magis quod aſſero confirmem, mihi viſum eſt in hac adnotatione nonnulla in medium proferre exempla, quibus obiter indigitem, quod per hanc ſuperſtitem linguam optime commentari ac interpretari poſſunt tum quaedam monumenta vetera, ut modo adnotavimus, tum dictiones nonnullae, quarum nos adhuc latet genuina propria ac ra-

Digitized by Google

dicalis ſignificatio. Sic ex. gr. commentari poteſt vox illa Hebraica יתפרן Geneſ. cap. 3. v. 7. cui ſimilem vocem invenies in Melitenſi ſermone nempe Dafru (licet 1. radicalis Dalet ſit Tau in Hebraico, quae mutationes in Orientalibus dialectis non raro obſervantur ac eveniunt) *contexuerunt*, a verbo radicali Daſar jydſor *contexere* ital. *intrecciare*; unde vox Hebraica יתפרן *conſuerunt* melius intelligi ac clarius commentari poteſt *contexuerunt*, ital. *intrecciarono*; & id non ſolum quia Phoenicia & Hebraica dialectus veluti ſorores conſiderantur, verum etiam quia tunc temporis acus & filum ad conſuendum minime erant. Verbum enim Daſar jydſor apud nos proprie ſignificat quando aliquis ruſticus herbas & frondes contexit, ac agreſtia ligamina componit, ut ſerta caeparum, alliorum, foliorum ſurculorumque &c. unde per ſimilitudinem orta eſt alia ſignificatio *contexendi capillamenti*. Nec commentationi huic

Digitized by Google

cultura colligentur; quae quaevis lingua, dummodo excolatur,

---

obſtant Targ. Onkel; verſio Samar. aut Graeca LXX. Nam in interpretando *clarioribus ſenſuique aptioribus* inniti debemus. Et quidem verſio Syr. habet ܪܟܒܘ *compoſuerunt*; quia verbum ܪܟܒ *componere collecta coaptando* ſignificat. Huic verbo ſimile eſt noſtrum Tebaq (ܒ in T noſtrum converſo) *bene claudere*, ita ut aer quaſi penetrare nequeat, *filamenta in texendis pannis compaginare*.

Pariter Raca ſacroſancti Evangelii. Variant interpretes in aſſignanda voci huic ſignificatione. Quidam enim eam traxere a voce graeca *ῥάκος pannus*; alii arbitrarunt eſſe interjectionem indignantis animi motum exprimentem, & alii alias dederunt interpretationes. Sed vis talis expreſſionis Raca per Melitenſem linguam clare patet: nam habetur vox Riq *ſputum, ſaliva* ab inuſitato verbo radicali Raq jrŭq *ſpuere*, cujus auctum Rejjaq *ſputo tingere* adſervamus. Et in hac ſputi ſeu ſalivae ſignificatione ſumi poſſe vocem Raca arbitror.

producit. Nam quibus adjumentis in noſtris ſcholis, doctrinis

---

ſcilicet „qui dixerit fratri ſuo raca, reus erit concilio *Matt.* 5. 22, *id eſt*, qui fratri ſuo expuendo contempſerit, ſeu conſpuerit ei, reus erit concilio.

Similiter Mammona ex particula Myn: *a*, *ab*, *ex* & Mŭnæ, quod proprie ſignificat apud Mel. *quidquid reponitur*, nempe frumentum, oleum, vinum, carbones, ligna, ſarmenta, & omne cibarium annuum aut menſtruale, uno verbo quaeque repoſitio, & ideo dicimus Mŭnæ tat-triâm *repoſitio frumenti*, mŭnæ tal-laham *repoſitio carnis* &c. Aſt hae facultates apud veteres habebantur tanquam divitiae, uti reapſe ſunt; quocirca per divitias accipiebantur. Quoad particulam Myn *ex*, haec vim majorem praebet voci Mŭnæ, ac ſi diceres habeo *ex divitiis* pro *divitias*, ſunt mihi *ex divitiis* pro *divitiae*. Hi dicendi modi Orientalium proprii ſunt & communes. Et ita per linguam Melitenſem alia quamplurima verba commentari poſſunt.

Invenies quoque in hoc idiomate etymologiam & originem nonnullarum di-

que ac ſcientiis ob propriae & nativae linguae inculturam ca,

---

ctionum Graecarum, praeſertim illarum quae a Phoeniciis ortum habuere. Sic Κάδμος Cadmus ille apud Graecos tam celebris, eo quod e Phoenicia in Graeciam litteras primus attuliſſet, dictus fuit Cadmus vel a Phoenicio Cadm (cum Qof nempe Ɋádm) id eſt *portator* a verbo radicali Ɋadem, a quo noſtrum auctum Ɋaddem, jɊaddem, *portare, ferre, adducere ad aliquem*, vel dictus Cadmus a Cadim (cum Qof Ɋadĭm) *antiquus*, quod etiam valere poteſt *primus* uti apud Syros ܩܕܡܐ; ideoque Graeci celebris hujus viri memores, illum dicebant Cadmum id eſt *Antiquum* aut *Primum*, quia olim primus iis litteras adduxit. Haec ſignificatio *antiquus* in Melita per vocem Ɋadĭm hodie quoque exprimitur.

Μυστήριον *Myſterium* eſt potius a Myſtŭr, quod a Satar *latere, abdere* Phoeniciae originis, quam a μύω *claudo*. Myſtŭr apud nos valet *velatum, tectum, quod latet, celatum, abditum* a Satar jyſtor: *velare, celare, abdere*; quod Hebraeis סתר eſt *latere*.

remus! in docenda nempe eru-
diendaque juventute? Notum

Βάρβαροι Barbari Actor. 28. v. 1, & 3. variam voci huic dedere ſignificationem auctores. Sed magis naturalis ac genuina quoad hunc locum dari mihi poſſe videtur, ſi vocis originem inſpiciamus; quippe quae ſpecialem ſignificatum in ſua radice habeat. Barbarus eſt vox omnino orientalis, ad graecos & latinos tractu temporis migrata. In ejus origine nihil aliud ſignificat niſi *agreſtis*, *agricultor*, *habitator deſerti*: componitur enim e duobus nominibus, nempe Bar *filius* ſyriace, & Barr *campus*, *ager*, *ſylva*, quae vox Barr remanſit quoque apud nos Melitenſes, qui dicimus ex. c. Ramym yl barr *columbae ſylveſtres* &c. Aſt quemadmodum apud Orientales in efformandis adjectivis uſus ſoepe fuit adhibendae vocis Bar *filius* una cum re adjectivanda, & ſic adjectivum indicare; ſimili ratione ad indicandum agreſtem ſeu habitatorem campi dicebant *filius campi*, *filius agri*, quod proprie ſignificat Barbarus a Barbarr, nempe *agreſtis*, *agricola*, *ru-*

Digitized by Google

eſt ſane cuique, quod communis, recta, ac legitima docendi via ſolet eſſe primum maternam linguam excolere; & inde excultam, tanquam inſtrumentum prae manibus adhibere; & hoc modo unuſquiſque, qui exteras linguas, uti Latinam,

---

ſticus &c. Hinc eſt quod D. Lucas quum noluiſſet alios, niſi agreſtes & ruricolas ſcilicet Mellyhhienſes & finitimos, qui rura & loca maritima, quo naufragus appulit, hyberno tempore colebant, indicare, voce Barbari proprie uſus eſt. Et revera quoſnam alios hiemis tempeſtate potuit D. Paulus in horridulis illis locis invenire, niſi *filios ruris* ſcil. ruſticos, qui arandi paſcendique cauſſa loca illa inhabitabant? Certe cives & Medinenſes (Medina olim princeps urbs Melitæ, quo nomine ad praeſens uſque a Melitenſibus propria dialectu, nempe Mdina, vocatur) ſaeviente illa procella, quae Paulum illuc naufra-

Digitized by Google

Italam, Graecam, Gallicam, aliamve ediſcere cupit, propria lingua, ſaltem in ediſcenda prima, veluti *medio omnino neceſſario* oportet utatur, quemadmodum utitur Itala lingua Italus, Gallica Gallus, Hiſpanus Hiſpana &c. dum exoticas lo-

---

gum adegit, non erant. Ad hanc interpretationem a nobis per linguam Melitenſem datam magis corroborandam accedit Aethiopica verſio, quae ubi vulgata habet *Barbari*, ibi utitur voce ጎቃሊ aut cum ሐ ሐቃሊ *ruſtici, agreſtes, villici*, ſeu *agri colentes, deſerti habitantes* a ሐቅል *deſertum, villa, rus, ager, lucus ſolitarius*. Non me fugit vocem *Barbarus* exterum quoque, ac crudelem ſignificare, ſed non in caſu noſtro. Haec per tranſennam hic dicta aſſertionum noſtrarum corroborandarum gratia ſufficiunt; de ceteris innumeris, quorum hic non eſt diſſerendi locus, alibi fusius agemus.

Digitized by Google

quelas diſcit aut docet: ſecus enim ſemper in incerta & obſcura, tanquam caecus tentabundus neceſſum eſt gradiri.

XXIV. Cui ego malo, ut remedium quamcitius ferrem, opus hoc elaborandum ſuſcepi hodiernam Melitenſem linguam inſtaurando atque elucidando triplici tractatione. *Prima* ſonos omnes, eorumque varietates inveſtigando, eis cyfras adſignabo; quod fiet in Iſagoge orthographica, & poſtea in *libro primo* ubi de ELEMENTIS. *Altera* dictiones & earum accidentia perpendendo, regulas ac firma praecepta inſtituam; & haec erunt in *libro ſecundo*, in quo de DICTIONIBUS agetur. *Tertia* inflectas ac regulis conjuga-

tas dictiones, compactas ordinataſque ac conſtructas demonſtrabo; & hoc in *tertio* & *ultimo ilbro*, ubi de SYNTAXI tractatum inſtituemus. Nec omittetur poſt haec Lexicon Melitenſe jam a nobis inceptum, ubi dictiones omnes ex Melitenſium & Gaulitanorum ore expiſcatas ad Alphabeticum ordinem reducemus, enucleando proprias & figuraratas ſignificationes: ita ut elucidatis quadruplici labore, D.O.M. dante, praeceptis, obſervationibus, & omnibus Melitenſis linguae fundamentis, alias ea mediante, ipſammet, quod eſt omnium gentium, excolere valeamus. Scindamus ergo velum hocce adhuc a nemine ſciſſum, ut diſperſis tenebris, linguam

Digitized by Google

hanc veterem Phoenico Punicoque ſplendore coruſcantem, atque ceteris orientalibus dialectis venuſtiorem, nudam ejus naturam, phraſes, elegantias ac veneres, quas ipſa in ſuis latebris ignobiliter, ſed ſimpliciter adſervat, clara luce obſervemus. Atque ne tempus in praefando teratur, alia permulta, quae de eadem lingua diſſeri poſſunt, omittamus; haec enim alibi exponi poterunt.

Digitized by Google

IMPRIMATUR

Si videbitur Rm̃o Patri Sac. Palat. Apoſt. Magiſt.

F. X. Paſſari Archiep. Lariſſ. Viceſg.

APPROBATIONES

Juſſu Rm̃i Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri quanto licuit ſtudio expendi opus, cui titulus Grammatica Melitenſis *ab eruditiſſimo viro Michaele Antonio Vaſſallo Melitenſi Orientalium Linguarum Magiſtro elucubratum, cumque in eo nihil prorſus deprehenderim quod rectæ orthodoxæque Fidei, ac bonis moribus adverſetur; imo potius complura paſſim offenderim valde commoda atque utilia ad Melitenſem ſermonem illuſtrandum, nec non Orientalium linguarum excolentibus*

Digitized by Google

gratiſſima ; idcirco publica luce dignum exiſtimo.

Romæ in Carmelo S. Griſogoni de Urbe 14. Septembris 1790.

Fr. Vincentius Bllùl Carmelita Sac. Theologiæ Mag. ac Doctor.

Quod de antiquiſſima Melitenſi Lingua longo jam tempore maxime erat exoptatum, ut ejus natura, origo, antiquitates, analogia, charactères cum ceteris vetuſtioribus Orientalium Linguis, firmiſſimis decernerentur argumentis; expletum tandem nunc eſt ab erudit. Viro Michaeli Antonio Vaſſallo Melitenſi Orientalium Linguarum Magiſtro, egregio ſuo Opere inſcripto, GRAMMATICA MELITENSIS improbo labore, ſummoque ſtudio confecto. In eo enim variis, elegantiſſimiſque exemplis ex primaevis Orientalibus Linguis laudabiliter excerptis origines, antiquitates, affinitates, ceteriſque hujus Linguae charácteres cum antiquioribus clariſſime illuſtrantur, ac firmiſſime conſtituuntur. Prae-

Digitized by Google

cepta quoque, ac principia non arbitrio, aut voluptate more Paedagogorum tradita, ſed ex ipſius Linguae natura, & uſu ſunt deprompta, expiſcata, ac mira methodo concinnata, atque expoſita. Vitia autem fere omnia per inſcitiam in illam ſubingreſſa acute ſunt detecta, ac felici modo explanata, atque correcta. Quibus vero principiis ſic clare, ac firmiter inſtitutis viam quamdam, eamque brevem, & quaſi compendiariam, arduo ſane conatu, feliciſſimoque ſucceſſu ad perfectam hujus Linguae cognitionem maxima omnium voluptate Erudit. Auctor omnino reſeravit; per quem Melitenſis Lingua hiſce principiis, atque exemplis inſtituta priſtinum ſuum decus, atque ſplendorem inter antiquiores Orientalium Linguas recuperaſſe, quis non videt? Quod Opus quum juſſu Rmi P. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri diligenter evolviſſem, atque perlegiſſem, nihilque in eo, quod ſanctiſſima Religionis Dogmata, vel bonos mores laedere, offendiſſem, ut in publicam lucem quam citius prodeat, digniſſimum cenſeo. Dabam Romae XIII. Kalend. Octobris CIↃIↃCCLXXXX.

Antonius Simonius Aſſemanus in Romano Sapientiae Archigymnaſio, in Ur-

Digitized by Google

bano Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Collegio, & in Apoſtolica Bib liotheca Vaticana Linguarum Arabicae, & Chaldaico-Syriacae Profeſſor publicus.

IMPRIMATUR

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Praed. Sac. Palatii Apoſt. Magiſter.

Digitized by Google

Digitized by Google

ISAGOGE

Ad inſtituendam Orthographiam Melitenſem

1. Linguae Melitenſis rudimenta traditurus, neceſſe eſt ab Elementis incipiam. Elementa autem linguarum ſunt ſoni inter ſe diſtincti, quibus ſermonis dictiones efformantur: ſed ſoni cyfris ſeu litteris deſcribuntur. In condenda igitur ſtabiliendaque ſermonis noſtri Orthographia, oportet primum examinemus omnes Melitenſium & Gaulitanorum proprios ac naturales ſonos, ut inde iis cyfras aſſignemus.

2. Sonorum autem hodiernorum numerus apud Melitae & Gauli gentes ad tri-

Digitized by Google

ginta tres & ultra aſcendit: litterae ergo ſeu cyfrae ſonos noſtros deſcribentes totidem neceſſariae erunt; ſecus male ſcribemus. Nam ſcribendi artis officium quid ſit aliud? niſi dicta, animique noſtri ſenſa *cuſtodire, eaque veluti depoſitum reddere legentibus*. Igitur, ne deficiens Melitenſis, quam inſtituemus ſcriptura ſit aut mutila, curare debemus, ut *quidque quomodo ſonat ſcribatur*; quemadmodum meritò monet Quintil. inſtit. orat. l. 1. c. 7. videlicet = quiſque ſonus ab alio diſtinctus in ore, diſtincte ſcriptis conſignetur = Haec quum diligenter accurateque peracta fuerint, tunc clara, brevis, facilis, atque perfecta dici poterit Orthographia.

3. Ut igitur veteris noſtrae Orthographiae perditioni, & hodiernae Melitenſis ſcripturae confuſioni (*) remedium, quod

---

(*) Antequam ad ſonos examinandos & ad litteras assignandas veniam operae pretium esse existimo breviter adnotare, quod nos postquam proprios scribendi characteres perdidimus, quum in tota Melita & Gaulo apud Viros doctos & potissimum apud Praesbiteros latinorum idioma ubique invaluisset, nec non aliquantum nonnullae Europaeorum linguae commercii gratia, uti linguae Italorum, Gallorum, Hispanorum &c. hae-

Digitized by Google

valde neceſſarium praebeamus, oportet novum Alphabetum triginta trium cyfrarum, quarum unicuique ſonus aſſignabitur, excogitemus. Sed novum inſtituere, licet poſſibile ſit, iis tamen qui latinae, italae, aliaeve ex Europaeis, linguae vacare cupiunt, & vacant, damni potius quam utilitatis erit. Quid ergo agendum? Adoptetur latinus, quem adhuc uſus quaſi adoptavit, character, ſaltem in illis ſonis, quos cum Latinis Italiſque communes ha-

---

de caussa in scribenda Melitensi lingua nostris hisce temporibus charactere simpliciter latino usi sunt Melitenses, sed male & inordinate, uti ipsimet quotidie profitentur; quia ad Melitensem sermonem, qui est omnino orientalis, describendum, minime ſufficiunt cyfrae latinae. Quae antiqui characteris perditio, & latini introductio nonnullis e nostris ansam praebuere scribendi unuſquisque privata ratione; unde tanta est orta in nostra Orthographia confusio, ut nemo aliorum ſcripta vernaculo idiomate exarata per se legere aut interpretare valeret: quo evenit quotidie, ut mortuo auctore, ſecum omnes ejus lucubrationes pereant. Scio equidem id non ſcribentium negligentiae imputandum, sed temporum injuriis, quibus ad nos non pervenerunt majorum nostrorum veteres Orthographiae.

Hae vero pro temporibus variae apud nos fuerunt. Nam ex ruderibus in Melita alibique compertis, & ex illis quae quotidie paſſim effo-

Digitized by Google

bemus (multi enim dantur ſoni diverſae genti & nationi communes): ſed hoc fit varia ratione; nam in illis ſonis, quibus Latini carent, oportet ut ſubſtituentur aliae cyfrae, partim ex antiquis noſtris monumentis productae, partim excogitatae, & utraſque quoad figuram & architecturam latinis litteris concordes congruenteſque reddemus. Id autem fieri poteſt alia & diverſa, ut modo diximus, ratione; quia illae latinorum litterae, quae vel nullum ex noſtris ſonis, vel ſaepe varium poſ-

---

diuntur, tria fuisse constat hujus veteris linguae Alphabeta, Phoenicum nempe, Poenum, & Kuficum a Phoenicibus, Poenis ſeu Carthaginensibus, & ab Arabibus ibi relicta, quibus illae gentes dum Melitae, aliorumque objacentium locorum dominium tenuerant, usi fuere. Non me latet alios characteres, uti Latinos, Graecos etc. quos alia monumenta ibidem quoque reperta indicant, in Melita et Gaulo fuisse; de quibus tamen verba minime facio, quum his nunquam idioma Melitenſe majores nostros scripsisse, nec uti potuiſse certum sit.

At his characteribus scilicet Phoeniciis, Punicis, et Kuficis uti modo nequimus multis de caussis, et prae ceteris sat est dicere apud hodiernos Melitenses ſonorum numerum longe majorem esse, quam apud veteres: qua de re ad hujusmodi ſcripturam denuo producendam cogitare vanum est.

Digitized by Google

ſident, in hac nova Orthographia omittentur: ut C G, & Q X.

Praeterea nulla littera ſeu cyfra apud nos duplicem ſonum habere poteſt, ſed ſimplex ſonus ſimplici cyfra, duplex duplici, triplicique triplex . . . deſcribendus erit: uno verbo haec Orthographia ab aliis variat, & ut optima fiat, oportet, ut cum lingua quam deſcribit, uniformetur.

4. Cyfrae addendae & ſubſtituendae ſunt hae decem Γ Ч Ꭶ Ѳ Ꞁ Ɜ Ⴖ Ȼ Щ Ʒ vid. num. 12. & lib. 1. cap. 1. ubi cuique litterae valor aſſignabitur. Hiſce decem in omnibus, quae hic, in Lexico, aut in alio opere, quod proprio ſermone ſcribam, utor, eaſque publicae commoditati exhibeo. Unde qui Melitenſe idioma clare & abſque haeſitationibus, erroribus atque aequivocis ſcribere in poſterum cupit, hac nova libere uti queat Orthographia.

Hactenus de ſcriptura inſtituenda in genere; nunc de ſonis cyfris deſcribendis, id eſt de litteris in ſpecie.

5. Quia ſoni alii ſunt conſoni, alii vocales; ideo litterae ſeu ſonorum cyſrae in conſonas & in vocales dividuntur. Soni autem conſoni ſolent formari per oris organa, quae ſunt Labia, Dentes, Lin-

Digitized by Google

gua, Palatus, & Guttur: idcirco conſonas litteras dividimus in Labiales, Dentales, Linguales, Palatinas, & Gutturales.

5. Quoad primas ſcil. LABIALES parum in hoc loco intereſt verba facere: ſat enim ſcire eas formari occluſis labiis varietate quadam adhibita, uti apud alias gentes, & eſſe B P F W M V.

DENTALES ac aliquantulum ſibilantes ſunt ſoni, quos deſcribo per cyfras S Z Ꙑ & З, Primus nempe S idem eſt ac S Latinorum, alter ſcilicet Z editur a ſpiritu ſubtili, ſibilato, & denſo per rimulam protruſo, quem ſi vis bene accipere, audi muſcam in aranei ore vagientem, & ab ea naturalem, & proprium litterae hujus Z ſonum accipies; ut Zejt *oleum*, Znŷd *ignarium*.

6. Tertius ex dentalibus ſimilis eſt ſono, qui editur ex *sc* latinorum, quum ſint ante *e* vel *i*. Unde ne multitudo litterarum, & ſaepe ſonorum inconſtantia pariant confuſionem, loco litterarum *sc* cum *e* vel *i*, ſubſtitui cyfram hanc Ꙑ antiquam, quam ex noſtris veteribus Alphabetis produxi; & ſic loco ſcribendi confuſe Sciùſcià *detecto capite* quod valde prolixum & confuſum, clarius faciliuſque ſcribo Ꙑûꙑa, & hoc modo in

Digitized by Google

hac ſcribenda dictione, quae quatuor tantum conſtat ſonis , quatuor utar litteris (2.) ; ſecus neceſſariae eſſent octo , ac proinde nova ſcribendi ratione prolixior , obſcurior , atque moleſtior eſſet haec duplicata, ſive triplicata ſcriptura , uti adhuc quidam ex noſtris fecere . Quod de hoc ſono ac cyfra dicam , dic de ceteris .

7. Ultimus tandem dentalium ſonus , quem per cyfram hanc 3 deſcribo , habet quid ſimilis cum Z , ſed differt , quia formatur forti ictu in extremitate linguae cum ſtridore , & italice auditur in dictionibus Zampa , zampogna , zampillo , ſed fortius quaſi Tzs uno ſpiritu prolata ; ut 3annŭr *cardus*, ʒakak *motacilla* avis nota , *quae habet caudam ſemper trementem, & incedit motu ſubſultanti* . LINGUALES apud nos ſunt quinque , nempe T D L . N R , qui illis italorum ſunt ſimiles , ideoque cyfras eaſdem adopto .

8. Pariter quinque ſunt PALATINI ſoni , qui in oris palatu creantur . His cyfras adſigno J K Ч Γ Ꚋ . De J & K nil hic dicam ; idem enim valent ac in vocibus Joannes , Kalendas ,

Ч vero & Γ ſunt C & G latinorum ante *e* & *i* , & gaudent ſono claro-

acuto: unde loco ſcribendi Ciaula *cornix*. cianſar *increpuit*, giàra *finitima*, ſeu, quod pejuś, Çaula, çanſar, gâra., ſcribitur clarius ac facilius Ꮞaula, ꮞanſar, Γâra. Hanc Ꭲ alteram e contra adſignavi contrario ſono ſcilicet obſcuro-obtuſo, qui editur ex *g* latino ante *a*, *o*, vel *u*, ſeu cum *h*; ut Ꭲydi *haeduus*, Ꭲzejjer *inſulae*.

9. Si quis ſcire vellet, qua de cauſſa pro his ſonis indicandis non utor cyfris C & G adhibendo italum characterem; debet is animadvertere quod C & G apud Italos poſſident unumquodque duos ſonos, ſcilicet claro-acutum, ut in dictionibus *Cicerone*, *gengiva*, & obſcuro-obtuſum, ut in verbis *calcolare*, *guardare*, praeter tertium in *gn*, ac quartum in *gl*, ut *aggiugnere*; *dargliene* &c.

Quae ſonorum inconſtantia, ut antea (3.) obſervavi in lingua Melitenſi, & in bene ordinata ac compoſita Orthographia, præſertim orientali uti noſtra, admitti nequit; ideoque alias cyfras adhibendas pro his C & G ſubſtitui, adeo ut per K & Ꭲ indicentur ſoni obſcuro-obtuſi; ut Karmûſa *ficus immatura*, Ꭲendûs *taurus*, pro Carmûſa, ghendûs; & per cyfras Ꮞ & Γ indicentur ſoni

Digitized by Google

contrarii, ſcil. claro-acuti; ut Чkejken *parvalus.*, rlûd *pelles, coria,* pro ckejken vel ɕchejchen ſeu cichejchen, gilûd.

10. Tandem Meliteſes quinque proprie loquendo habent gutturales ſonos, in quibus deſcribendis novas quoque cyfras oportet ut adhibeamus; nam his ſonis latini italique carent omnino. Quare iis ſequentes cyfras adſigno nimirum Ꭓ Ф Ո Ʒ Ꝕ, quibus accedit aſpiratum H; & omnes ſex in ſono aequivalent Arabicis ح خ ع غ ق & ه, ut Ꭓallŷl *latro*, ɷanzĭr *porcus*, *ſus*, Ոajn *oculus*, Ʒant *vagina*, Ꝕaddĭs *ſanctus*. Quos ſonos quis poteſt latinis ſimpliciter cyfris ſcribere, niſi ridiculo, & aequivoco modo? Sed de his clarius diffuſiuſque in lib. 1. c. 1.

11. Poſtquam de ſonis conſonis neceſſarias obſervationes præmiſimus; reſtat nunc nonnulla dicere de vocalibus. Soni vocales qui nullo alio modo poſſunt formari, niſi ex oris apertura cujus modificationibus variantur, in duas claſſes diſtinguuntur, nimirum in vocales *parvas* & *magnas*.

Vocales PARVAE ſeu *breves* (*) ſunt

(*) Vocalium parvitas et magnitudo non cyfrarum ſeu litterarum figuram reſpicit, ſed tem-

numero ſex A E Y I O U. MAGNAE ſeu *longae* ſeptem enumerantur, & a parvis diſtinguuntur accentu, praeter ultimam, & ſunt â ŷ ĭ ô ŭ û æ. Accentus non ſolum magnitudinem ſcil. prolationem & quantitatem longam in ſono indicat, ſed etiam qualitatem, an nempe clara ſit aut obſcura vocalis illo gravata: nam accentus *apertus* & ita (ˇ) ſuperpoſitus denotat longitudinem & claritatem, ita ut vocalis eo ſignata conſervet proprium & naturalem ſonum; accentus vero *clauſus* (^) cum longitudine obſcuritatem & ſoni mixturam innuit.

12. His principiis firmiter poſitis, veniamus tandem ad inſtaurandam novis litteris ac ſignis Melitenſem Orthographiam, ubi omnes litteras ordine diſponemus juxta

---

pus soni, an nempe breve celer ac fugax sit, seu longum, et quasi duplicis ſoni: unde vocalis parva, quae dicitur etiam *motio*, eo quod movendis consonis inservit, valet brevis, ut magna (seu Mater Lectionis juxta veteres) valet longa.

Digitized by Google

NOVUM
MELITENSIS LINGUAE
ALPHABETUM

Digitized by Google

ALPHABETUM

ORDO	NOMEN	POTESTAS FIGURA	M.	MI. &
1	Alof	*a obſcur. & long.*	Â	â ut
	vel	*a clar. & breve*	A	a
2	Be	*b latinorum*	B	b
3	Te	*t latinorum*	T	t
4	Ðal	*d latinorum*	D	d
5	Ee	*e lat. breve*	E	e
6	Fe	*f latinorum*	F	f
7	Gim	*g clar. latinor.*	Γ	г
8	Cim	*c clar. latinorum*	Ч	ч
9	He	*h aſpiratum*	H	h

Digitized by Google

MELITENSE

EXEMPLA LITTER. QUIB. CORRESPONDENT	ALPHABETA CHAL. SYR.	HEBR.	ARAB.
Dâr *domus*	ܐ	אָ & אַ	ا
Mara *foemina*	ܰ	ַ	َ
Barka *benedictio*	ܒ	ב	ب
Tyfel *puer*	ܛ & ܬ	ט & ת	ط ث ت
Dlâm *tenebrae*	ܕ	ד	ظ ذ د
Fejn *ubi, quo*	ܶ vel ܺ	*rar.* ֵ *ſaepe* ֶ	ِ
Fomm *os oris*	ܦ	פ	ف
Γamra *pruna*			ع
Ꜧavla *cornix*			خ
Hek *ita*	ܗ	ה	ه

DES·H ... LIBRARY

Digitized by Google

ALPHABETUM

ORDO	NOMEN	POTESTAS FIGURA	M.	MI. &
10	Hha	*gut. & fort. aſp.*	ȣ	ȣ
11	Khot	*guttur. & raucum*	Ф	Ф
12	Elif	*ie obſcur. & lon.*	Ŷ	ŷ
	idem	*y breve*	Y	y
13	Gam	*gh g obtuſ. lat.*	Ꞁ	ꞁ
14	Gкho	*guttur. & rauciſ.*	ʙ	ʙ
15	Aajn	*ex imo gutture*	Ո	ń
16	Ii	*i latin. longum*	Ï	ï
	idem	*i breve*	I	i
17	Jod	*j conſon. latinor.*	J	ʝ

MELITENSE

EXEMPLA LITTER. QUIB. CORRESPONDENT ALPHABETA	CHALD. SYR.	HEBR.	ARAB.
Ꝛabel *funis*	ܚ	ח	ح
Ꝺarûf *agnus*	ܚ *finale*	*ſoepe* ח	خ
Nŷzel *deſcendens*			
Nyzel *deſcendit*			
Ʒamŷma *turtur*	ܓ	ג	گ *perſ.*
Ʒôʒa *tumultus*	ܓ *raro*	ע *rarius*	غ
Ɑandi *habeo*	ܥ	ע	ع
Sabîꝛ *pulcher*	ܝ	י	ي
Tâni *dedit mihi*	ܼ	ִ	ـِ *vel*
Jŷk jyrî *ſi veniet*	ܝ	יִ	يي

Digitized by Google

ALPHABETUM.

ORDO	NOMEN	POTESTAS FIGURA		M.	MIN. &
18	Kaf	*k*	*ch vel c obt.*	K	k
19	Qof		*epiglotticum acut.& gutturale*	Ϙ	ϙ
20	Lam	*l*	*latinorum*	L	l
21	Mym	*m*	*latinorum*	M	m
22	Nun	*n*	*latinorum*	N	n
23	Olaf	o	*mixt.& lon.*	Ô	ô
	vel	o	*clar.& brev.*	O	o
24	Pi	*p*	*latinorum*	P	p
25	Re	*r*	*latinorum*	R	r

Digitized by Google

MELITENSE

EXEMPLA LITTER. QUIB. CORRESPONDENT ALPHABETA	CHALD. SYR.	HEBR.	ARAB.
Kybes *accenſus eſt*	ܟ	כ	ك
Φalb *cor*	ܩ	ק	ق
Lvŷn *colores*	ܠ	ל	ل
MΦâta *acerbitas*	ܡ	מ	م
Nemŭsa *culex*	ܢ	נ	ن
Dôr *converſus eſt*	ܐ *penult.*	*quaſi* אַ	أ
Tobba *medici*	ܘ	ו	و
Ϥappas *foedavit*			ش
Randa *laurus*	ܪ	ר	ر

ALPHABETUM

ORDO	NOMEN	POTESTAS FIGURA	M.	MIN. &
26	Sin	ſ *latinorum*	S	s
27	Scin	ſce *ſeu* ch *gall.*	Щ	щ
28	Vau	*v mol. & conſon.*	V	v
29	Vu	*u* (*clar. & long.*	Ǔ	ǔ
		(*ſimpl. & br.*	U	u
		(*obſc. & long.*	Û	û
30	Vaf	*v lat. ſed durius*	W	w
31	Zajn	*z denſum*	Z	z
32	Tsod	*z durißimum*	Ʒ	ʒ
33	Æe	*ae mixt. & mut.*	Æ	æ

Digitized by Google

MELITENSE

EXEMPLA LITTER. QUIB. CORRESPONDENT ALPHABETA	CHALD. SYR.	HEBR.	ARAB.
Salĭb *crux*	ܣ & ܨ	ס *et* שׂ	ص س
Шevɋa *deſideriũ*	ܫ	שׁ	ش
Verver *obvolvit*	ܘ	ו	و
Ꝗŭm *ſurge*	ܘܿ	וּ	وُ
Duωωân *ſumus*	ܼ	ּ	ّ *fin.*
Kûl *manduca*			
Lwent *dexter*			
Zuɹrâra *trochus*	ܙ	ז	ز
Ʒannŭr *carduus*	*quaſi* ܙ̇	צ	ض
Nydæ *ros*	ܗ	ה *final.* *vel* א	ة & ا *ſeu* ä

Digitized by Google

GRAMMATICAE MELITENSIS

LIBER PRIMUS

DE ELEMENTIS

ELementa Linguae Melitenſis ſunt numero XXXIII, & totidem literis deſcribuntur; nimirum ȧ b t d e f г ɥ h ȣ ɷ y ɿ ɜ ŋ i j k ɟ l m n o p r s щ v u w z ʒ æ.

CAPUT PRIMUM

De Litteris, earum ſonis, & uſu ordine alphabetico.

13. EX litteris omnibus modo adnotatis quaedam eundem habent ſonum, quem poſſident in latino ſermone; aliae eundem modo retinent, modo rejiciunt; &

Digitized by Google

& aliae nil ſapiunt latini. De ſingulis alphabetico ordine diſſeramus.

A a, *vel* Alof Â â

Sonat abſque accentu *a* latinum breve, ſimplex, & clarum, & tunc ſemper *a* parvum in ſono & pura motio erit (11*); ut Marad *aegrotavit*. Accentu vero ita â gravatum ſonum edit longum & mixtum ab *a* & *o*, potius tamen ad *a* quam ad *o* inclinantem veluti Camezs אָ Hebraeorum; ut Nâr *ignis*, târ *volavit*; & dicitur Alof, ſcil. vocalis magna ſonis vocalium *a* & *o* mixta.

Be B b

In principio & in medio dictionum, dummodo nulla ex litteris T K Ф S Ч illico ei ſequatur, idem valet ac B latinum; ut Bejt *tectum ſolare*. Sed ante T K Ф S & Ч, ac in fine dictionum ſonat P; ut Btâla *dies vacationis*, apud hodiernos *dies feſtus*, bkejt *flevi*, bфajt *manſi*, lybſæ *veſtimentum*, bщeuфa *cum deſiderio*, bŷb *janua*. Quae verba leguntur & audiuntur btâla pkejt pфajt lypſæ pщeuфa

bŷb , licet ſervandae radicis gratia hoc modo ſcil. cum P non ſcribantur .

Te T t

Valet T latinum ; ut Tylef *perdidit* .

Dal D d

Idem eſt ac D latinorum ; ſic Davl *lumen* . At in fine dictionis T profertur ; ut Rŷd *voluit* , vŷd *vallis* , vlŷd *ſoboles* , *proles* . quae leguntur rŷt , vŷt , vlŷt .

Ee E e

Eſt E clarum ſimplex & ſemper breve , quia ſemper tanquam vocalis & pura motio conſideratur : ut Fenek *cuniculus* .

Fe F f

Reſpondet F latino ; ut Fvŷd *jecur* .

Gim Γ r

Nova haec cyfra ſonum habet naturalem claro-acutum ſimilem arabico غ & italo

g cum *e* vel *i* : ſic ſequentes ſyllabae ra re ry ri ro ru legendae ſunt già ge gy gi giò giù ; ut

Γamañ	*collegit*	)		Giàma
Γebla	*petra*	)		Gebla
Γŷb	*tulit*	)	*pro*	Gŷp
Γĭb	*fer*	)		Gĭp
Γobon	*caſeum*	)		Giòbon
Γûʀ	*fames*	)		Giûʀ

Quem ſonum poſſidet ubique littera haec r, etiamſi ei praecedat vel ſequatur immediate aliqua conſonans, quae ipſum Gim a vocali disjungit; quod idem valet ac Gim *quieſcere, non moveri* (22.); ut Nramañ *collectus eſt*; ſfarrla *cydonium malum*, rlajka *ſtirps*, rzàri *mataxae*, rnŷn *vinea, ortus*, rlûd *pelles, coria*, nyrmæ *gramen*. Sed in fine ſonat Ч, nempe ut C acutum italorum; ut Zeur *par*, & legitur Zevч i. e. zeuic.

Cim Ч ч

Eſt *c* italorum ante *e* vel *i* habens ſcil. ſonum claro-acutum, naturalem, & proprium: ſic ſyllabas quae ſequuntur

Digitized by Google

ча че чy чi чo чu pronunciantur ciă ce cy ci ciò ciù ; ut Чallas *inquinavit*, чekken *minoravit*, чykчûn *parvulus*, mſyччĭn *quaeſiti*, чomb *plumbum*.

Eundem ſonum retinet etiamſi quieſcat (22) uti г; ſic Чlamĭta *regula*, чkejken *parvulus*, tyчlĭs *inquinamentum*.

He H h

Eſt ſonus aſpiratus aequivalens ܚ Chald. & Syr., ח Hebr., ح Arab., ut Hena *conſolatio*, hek *vel* hekka *ſeu* hekda *ita*, *ſic*, bhĭmæ *beſtia*. In fine dictionum, quum ſit Pronomen Affixum, tunc legitur ȣ; ſic Meuччûh *conducite eum*, ɷallùh *relinquite eum*, fĭh *in eo*, nalĭh *pro eo*, *ſuper eum*, *contra eum* &c. quae leguntur meuччûȣ, ɷallûȣ, fĭȣ, nalĭȣ.

Dixi *quum ſit Pronomen Affixum*; nam ſi aliud H erit, nempe radicale, tunc etiamſi in fine ſit, nihilominus proprium ſonum ſimpliciter aſpiratum retinebit; ut Γŷh *gloria*, *honor*, ykreh *deformis*, tbelleh *inſanivit*. Rectam hanc pronunciationem rigoroſe obſervant optimi noſtrae linguae pronunciatores: nec ſunt imitandi, qui H

finale & radicale non Affixum veluti Ħ eſ-
ferunt.

Kha Ħ ħ

Novae hujus litterae ſonus editur ex pro-
fundiſſima gutturis aſpiratione, & vehe-
menti pectoris ſpiritu, atque idem eſt ac ܚ
Chald. & Syr., ח Hebr., ح Arab., ut
Ħaj *vivus*, ħymmeſ *cicer*, ħût *piſcis*.

Khot Ϙ ϙ

Hoc elementum eſt raucum & gutturale, quia formatur in ſummitate gutturis cum raucedine magna aliquantulum aſpirata, eſtque ſimile Arab. خ, & ܟ Syr. finali; ut Ϙafîf *levis*, ϙydlee *torpor*, mϙammer *ſpurcatus*, mϙϙbi *abditus*.

Y y, vel Elif Y ŷ

Sonus iſte a Melitenſibus tantum naturaliter & proprie effertur; nam alio ore difficulter ab *i*, quod differt ab *y*, diſtinguitur: eſt enim ſonus gravis & medius inter *e* & *i*; ut Bydel *mutavit*, fytel *tepidus factus eſt*, kyteb *ſcripſit*, non bedel, fetel, ke-

teb; nec, quod pejus, bidel, fitel, ki-
teb &c.

Haec littera ſi accentum poſſideat, longa tunc ac vocalis magna erit, & dicitur Elif, ſcil. Y ex *e* & *i* compoſita & mixta; eo quod ſemper, quamvis longa, eodem ſono gravi & medio ſeu mixto gaudeat; ut Blŷd *urbes, civitates*, kŷl *manducavit*, klŷb *canes*, nŷkel *manduco*.

Gam Ꞁ ꞁ

Gam noncupamus, ut indicemus quod litteræ hujus ſonus ab illo litterae Gim Γ diſcrepat: haec enim valet *g* latinorum ante vocalem *a* vel *o* aut *u*, ſeu *gh* cum *e* vel *i*; & aequivalet quoque Chaldaeorum ſeu Syrorum; quia obſcure & obtuſe pronunciatur: ita ſyllabae Ꞁa ꞁe ꞁy ꞁi ꞁo ꞁu legendae ſunt ga ghe ghy ghi go gu; ut Ꞁamŷma *turtur*, ꞁemꞁûm *querens*, mꞁermed *nigricans, ſubniger*, nyꞁꞁŷzæ *ſtimulus*. Quem ſonum retinet quoque etſi quieſcat; ut Ꞁrŷzem *fauces*, ꞁzira *inſula*.

Gkho Ʒ ʒ

Sonum habet inter gutturales rauciorem craſſioremque, qui formatur in medio gut-

turis, & valet ع Arab., ut ƺant *vagina*, ƺylt *error*, baƺal *mulus*, jzŷƺel *allicit*. In fine dictionis pronunciatur Φ, ut ſŷraƺ *vacuus*, & legitur ſŷraΦ.

Aajn Ո ռ

Hujus litterae ſonus fit raſione quadam in medio gutturis, ſed difficulter, niſi a natura & viva voce acquiritur, & eſt aequivalens ܥ Chal. Syr., ע Hebr. ع Arab. & Perſico, & cuique Aajn orientali: ſic ſcribis Ոajn *oculus*, *fons*, ռyrf *ſapientia*, *ſcientia*, ռâref *ſapiens*, *ſciens*, ռǐn *adjuva*, mռallem *magiſter*, tռâm *frumentum*

In fine dictionum Ո vel ſilet, & erit reticentiae nota, quae eſt haec ռ̄ ſignatum; ut Bazaռ̄ *timuit*, ſataռ̄ *potuit*: vel tanquam Ȣ effertur; ut Foփփŷռ *boletus*, dollŷռ *cucumis*, quae pronunciantur foփփŷȣ, dollŷȣ.

Ii I, ſeu I ı

Sine accentu valet *i* latinum, eſtque vocalis parva ſeu pura motio brevis ubique & clara; ut Vyri *oſtenſio*, *demonſtratio*,

Li *qui*, *quae*. *quod*. Quando autem accentu ita ĭ ſemper picto, quem *apertum* (11) nuncupavimus, gravatur, tunc magna ac longa erit nec non clara in ſono aperta & ſimplex remanebit; ut Bĭr *puteus*, rejjĭn *venientes*, amĭr *aſini*, ĭlu *jamdudum*, zĭr *urceus aquarius fictilis*.

Jod J j

Valet j latinum, ut in Junius, jecur; ſic Jûm *dies*, jŷk *ſi*, jŷn *ego*, jyqȣad negat.

Kaf K k

Aequivalet k, ut kalendas, ſeu C ante *a o u* vel *ch* cum *e* & *i*; ut Katŭſa *aquaeductus*, *tubus* proprie *fictilis*; kem *quantum*, ᴋŷl *manducavit*, ᴋûlu *manducate* (8).

Qof Ꝗ ꝗ

Formant elementum hoc ἐπιγλωττὶς & guttur ad inſtar cornicis vocis, ac proinde ſonus cyfra hac ꝗ deſcriptus, eſt profundior, aſperior, acutior ſono litterae k, & ſimilis ܩ Chal. Syr. ק Hebr., & ق

Digitized by Google

Arab., nec inter palatinos ſonos eſt enumerandus, licet plerique e grammaticis linguarum orientalium ſaepe inter palatinos enumeraverint; hic enim acutus ſonus epiglotticus & gutturalis eſt, & nil habet palatini; ut ȹabĭl *progenies*, ȹamar *luna*, ȹamȣ *triticum*, ȹjŷs *menſura*, ȹolla *urceus grandis aquarius*, ſeu *amphorae fictilis* ſpecies, ȹŭm *ſurge*.

Lam Mym Num. Ll Mm Nn

Eadem ſunt ac L M N lat., ut Le *non*, mevt *mors*, nŷdi *humidus*.

O o, *vel* Olaf. Ô ô

Abſque accentu eſt *o* latinum, ſed breve, & ex parvis vocalibus (11); ut Toȹol *gravitas*, ꙩodor *virides*, ȣomor *rubei*. Cum accentu vero clauſo ſic ô ſemper poſito, ſonum edit mixtum ab *o* & *a* inclinantem potius ad *o*, & hac de cauſſa Olaf & vocalis magna tunc dicitur; ut ȹôm *ſurrexit*, musmôr *clavus*, bzôr *piper*.

Pi Re Sin, P p R r S s

Eadem quoque ſunt ac P R S lat. ut jpeſpes *pipit*, ritæ *cuticula*, ſema *coelum*.

Scin ɰ ɰ

Valet *ſc* ante *e* vel *i*, ſeu *ch* gallorum aut ܫ Chald. ש Hebr. ش Arab.; ut ɰa-bañ *ſattiatus eſt*; ɰebnet *ſatiata eſt*, ɰitân *ſatan*, *diabolus*, ɰhyrt *clamavi*, *& ploravi* (6).

Vau V v

Littera haec eſt conſonans, quae licet ſono litterae *u* gaudere videatur, tamen *u* pro *v* in noſtra dialectu adhiberi nequit; ut Varda *roſa*, verɸa *folium*, vyzɜa *ſtellio*, bdŷvæ *agricolae*, non autem uarda &c.

Uu U u, vel U ŭ, aut U û

Si accentum non habet, breve & parvum erit; ut Sukrâna *lolium*. Si habet, tunc longum ſonum edit, ſed varium, & ideo *u* accentu tam aperto quam clauſo ſignari poteſt: nam pro ſono longo & pu-

Digitized by Google

ro indicando adhibet apertum; ut Fŭɋ *ſupra*, zŭl *abi*, & pro longo, ſed obſcuro utitur accentu clauſo, & erit tunc ſonus mixtus ab *e* & *u*, ad *u* potius inclinans; ut Bûl *minge*, nûm *nata*, rûa *ſpiritus*.

Vaf W w

Conſonans haec habet vim ſoni latini, ut in Venio, avunculus, vivus; ſic Wenwen *vibravit*, Wâwu *infans*: ſed in fine tanquam F pronunciatur.

Zajn Z z

Sibilatum eſt & denſiſſimum, ut Zarañ *ſeminavit*, zĕbbûr *olivetum*, zejt *oleum*. Sed ante ɋ, t, & in fine dictionis ſonat S; ut Zɋŭɋ *utres*, ħmyzt *alligavi*, ωobz *panis*; quae leguntur Sɋŭɋ, ħmyſt, ωobs.

Tsod ʒ Ʒ

Noncupamus Ʒsod, quia forte eſt in ſono, & aſperum, ac multum differt a Z; ut Ʒokk *truncus*, zkŭk *trunci*. Sed de hoc, & de antecedenti z clarius differuimus p. 64. n. 5.

Digitized by Google

Ae Æ æ

Eſt quid medium inter *a* & *e* ut Saegol Hebr. אֶ, & obſcurum ac aliquantiſper mutum. Littera haec apud nos nequit inveniri, niſi in fine dictionum, & maxime nominum foemininorum; ut Meræ *ſpeculum*, nyuqſæ *ſiccitas*, nſevvæ *aequalitas*, bŷdiæ *agricultura*. nyſæ *foeminae*. Sed aequivalet aliquando ا & ſaepe ه Arab., aut ה, raro ܗ vel ܐ Chal. Syr., quum ſint in fine.

CAPUT SECUNDUM.

De quarumdam litterarum affinium Differentia.

UT nonnullarum litterarum affinium in ſono melius diſtinguatur *Differentia*, producamus ſequentia

EXEMPLA.

14. Ȣ differt a Φ

Ȣajt	*paries*	Φajt	*filum*
Ȣall	*ſolvit*	Φall	*acetum*
Ȣadd	*dies dominicus*	Φadd	*ſulcus*
Ȣabbel	*gravidavit*	Φabbel	*confudit*
Ȣazen	*malitia*	Φazen	*repoſuit, condidit* frumentum, oleum &c.
Taȣti	*ſub me*	Taɷti	*culpa* ſeu *cauſſa es*.
Maȣrŭt	*aratus*	Maɷrŭt	*fructibus* aut *foliis dolatus*
Ȣjŷna	*recreavit nos*	Φjŷna	*aſtutia*

Digitized by Google

15. Ո a Ʒ

Ոâli	*altus*	Ʒâli	*quod caro venditur*
Ոâr	*vituperium*	Ʒâr	*invidit*
Ոaщщa	*coenam dedit*	Ʒaщщa	*reddidit animum linquentem, fecit, ut quis deficiat animo*
Ոammar	*habitavit*	Ʒammar	*in manipulos redegit*
Ոazel	*ſelegit, diviſit*	Ʒazel	*nevit*
Ոoщщ	*nidus*	Ʒoщщ	*odium internum, malignitas, malevolentia* ſeu *perverſa voluntas in alium.*

16. K a Ꝗ

Karba	*ſuſpirium prodiens ab interno doloris ergo ſeu laſsitudinis,*	Ꝗarba	*appropinquatio*
Ոakar	*faex, amurca olei*	Ոaꝗar	*ulceravit.*

Digitized by Google

Joktor *creſcit*	Joɸtor *diſtillat*
Kŷs *calyx, cyathus*	Φŷs *metitus eſt*.

Haec vox Kŷs *inter obſoletas hodie evaſit, & invenitur tantum in quodam vulgari adagio nempe* = Sɸŷni kŷs yl mrâr : *fecit me bibere calycem amaritudinum*.

17. Â ab Ô

Dâr *domus*	Dôr *converſus eſt*
Tâɸ *inſtitit* in laborem mente & animo	Tôɸ *praebuit ſubſtantiam* cibus, potus &c.
Fâr *mus*	Fôr *emiſit* aquam, jus olla
Ʒâr *invidit*	Ʒôr *ſpecus*
Ȣmâr *rubeus evaſit*	Ȣmôr *aſinus*.

18. Ŷ ab Ǐ

Bŷn *vendidit*	Bǐn *vende*
Dŷɸ *guſtavit*	Diɸ *anguſtia*
Fŷɸu *ſanati ſunt*	Fiɸu *ſanamini*
Γmŷn *hebdomadae*	Γmǐni *colligere meum*
Ktŷb *liber*	Ktǐb *ſcriptura*, *ſcribere*

Digitized by Google

Rŷȣ *foetuit*	Rĭȣ *ventus*
Snŷn *dentes*	Snĭn *anni*

Sic pariter ŭ cum accentu aperto ab û clauſo differt, licet raro; ut Dnŭb *peccatum*, & Dnûb *caudae*.

Quas differentias niſi obſervaverimus, in innumerabiles labimur errores.

CAPUT TERTIUM

De mutatione ſonorum, & cauſſa mutationis eorumdem.

DIximus in variis locis Capitis I., quod litterae B D Γ З Ո & Z in fine dictionum ſonos proprios amittunt, & pronunciantur ac ſi eſſent P T Կ Ф Ȣ & S: quod fit, ut radicales (35.) litterae conſerventur, cognoſcanturque ſignificationes, atque eaſdem dictiones clare ac facile in Lexicis abſque ullo errore aut confuſione ordinare, & ordinatas invenire poſſimus. Eadem ratio facit ad B ante t k ҷ s щ, & ad ռ in fine quando ſilebit ſcripta hoc modo ñ.

Ob hanc ſonorum, & non litterarum mutationem qui ſcribit facile in errores incidere poterit, litteram nempe pro littera accipiendo: qua de re quoddam generale principium ſtatuatur oportet, cujus ope errores penitus vitari in ſcribendo poſſint; eritque ſequens

CANON GENERALIS

Conſulendus in dubiis

20. = SI dubium tibi erit, an ſcribenda ſint in fine dictionis B D Γ З Ո Z, aut P T Ч Ⲫ Ꭱ S; ſtatim finali, de qua dubitas, adde quamdam vocalem vel ſyllabam (quod fit inflexione aut affixione), tumque mutata dictio ob additionem dabit tibi & clare oſtendet veram radicalem litteram =.

21. Quam regulam certam ac firmiſſimam exemplis explanamus ac reddamus clariorem. Vis ex. c. ſçire quales ſint finales litterae radicales dictionum Bŷb *janua*, zŷd *auxit*, tŷr *ſolemnitas nuptialis*, ſebaз *tinxit colore*, rmĭn *colligere*, ⲫobz *panis* &c. junge unicuique dictioni vocalem aut ſylla-

ƀam affixĩone vel inflexione, & habebis v.g. Bŷbi *janua mea*. zŷdu *auxerunt*, tyṙŷn *ſolemnitates nuptiales*. ſebaзni *tinxit me colore*, гmĭni *colligere meum*, ꙍobzna *panis noſter*; & non bŷpi, zŷtu, tyчŷn, ſebaꙍni, гmĭꙗi, ꙍobſna &c. Igitur per hunc canonem veluti per axioma abditae litterae radicales ac genuinae detegantur. Unde clare ſit manifeſtum dictarum vocum, ceterarumque ſimilium finales litteras eſſe procul dubio B D Г З Ꙥ Ƶ, & non alias, quamvis in ore ſoni litterarum P T Ч Ꙍ Ꙗ S audiantur. Hunc ergo canonem in dubiis conſule.

CAPUT QUARTUM

De Vocalibus.

22. IN duas ſpecies diviſimus vocales (11). in parvas ſcil. & magnas, quibus quaeque conſonans legi poteſt ac moveri, & abſque iis non poteſt, licet ipſae vocales per ſe valeant: idcirco conſonans, cui immediate ſequitur vocalis dicitur MOTA, cui non, QUIESCENS.

Digitized by Google

23. Vocales autem parvae ſeu *ſimplices* litterarum *motiones*, quum nulla in iis adſit ſoni productio, nec mixtura, niſi naturalis, quando habebitur, ut in y, nullo proinde ſigno ſeu accentu gravandae; ideoque omnes ita ſimpliciter a ë y i o u deſcribuntur,

24. Hic lectorem monitum volumus quod vocalis Y magis diſcrepat ab I in ſono, uti in cyfra: eſt enim ſonus medius inter *e* & *i*, ſed ab utroque diſtinctus & gravis, ita ut neutra cyfra deſcribi poſſit; ut Bydæ *coepit*, dyneb *peccavit*; ſyder *pectus*: quae dictiones male ſcribuntur bidæ, dineb, ſider, & peſſime bedæ, deneb, ſeder; & ſimilia innumera,

25, Iiſdem ſimplicium motionum ſeu vocalium parvarum figuris utimur quoque in denotandis ac deſcribendis, vocalibus magnis (quae a majoribus noſtris Matres Lectionis vocabantur); ſed cum accentu aperto vel clauſo, praeter *æ*, Vocales igitur Magnae ſeu *matres lectionis* ſunt numero ſeptem â ŷ ĭ ô ŭ û æ: *u* enim pro ſoni varietate, vario accentu gravatur. Quae accentum apertum (ˇ) habeant, ſimplices & clare pronunciantur, & tunc accentus ſuper eas ita ˇ poſitus indicat tantum longitudinem ſoni ſeu protractionem,

Digitized by Google

ac ſi eſſent duae vocales ; ut Smĭn *opimus pinguis*, sŭf *lana* : quae vero poſſident clauſum (^) praeter protractionem magnarum vocalium ſemper propriam, mixtae efferuntur, eo quod ſonus earum eſt quaſi ſonus duarum vocalium, qui in unum mixtum & longum per craſim contrahitur.

26. Contractio autem fit hoc modo

â	mixtum ab	*a* & *o*	quae craſantur in	â
ŷ		*i* & *e*		ŷ
ô		*o* & *a*		ô
û		*e* & *u*		û

Sic târ *volavit*. kŷn *fuit*, dôr *converſus eſt*, kûl *manduca*, pro taor, kien, doar, keul, & ſimilia.

27. Quum autem dubitetur in ſcribendo de qualitate vocalium magnarum, an nempe ſit â vel ô, & ſimiliter in fine a vel æ &c;, tunc, ut abſque ulla hallucinatione ſecernantur, ab earum origine, nempe a linguis, unde ortus & natales habuerunt, petendae erunt ac deducendae. Quod obſervandum eſt in ſcribendis dictionibus, ne erremus. Nec intereſt quod apud veteres vocales magnae numero fuerint mi-

Digitized by Google

nores; nam de paucis ambigi poteſt, & nunquam de omnibus. Hæc regula utendo quaeque vocalis magna de cujus eſſentia & qualitate ambigitur, ſcribenda videtur juxta dialectum orientalem, ex qua originem duxit, ſervata tamen utriuſque dialectus natura ac proprietate, & ſaepe mutatione: quod fit per thematum clavim; quam porrigit accurata mutationum cognitio. Sed haec maximi momenti difficultas, quam pauci & quidem pauci poſſunt ſuperare, mediante Lexico noſtro diſſolvetur.

28. Praeterea in ſcribendis contractis â & ô poteſt quiſque ad libitum & juxta dialectum nativam adhibere; ut zɜâzaɜ & zɜôzaɜ *juvenes*, daɸɸâɸ & daɸɸôɸ *ſonator*, excepto caſu differentiae (17). Sed omnis vocalis magna nunquam dividitur, nempe ex ea nequit auferri contractio, niſi, quod raró fieri licet, in ſola poeſi. Nec adhiberi poteſt ŷ pro ĭ, aut viceverſa (18.); male enim ſcribis mĭt *mortuus eſt*, rĭd *voluit*, aut ſŷd *hero*, yrrŷd *volo*, ſed ſcribendum eſt mŷt, rŷd, ſĭd, yrrĭd: aliter alia pro aliis accipi confuſe poſſunt, & peſſime legi.

Digitized by Google

CAPUT QUINTUM

De Mutatione Litterarum.

MUltifariam fieri poteſt litterarum mutatio.

29. Primo. L Articuli yl, quando nomen cui praefigitur incipit a littera ex ſequentibus novem T D Ч N R S Щ Z Ʒ, in eam ipſum L convertitur; ut

Yt-trĭꝗ *via*		yl trĭꝗ
yd-debba *equa*		yl debba
yч-чavla *cornix*		yl чavla
yn-nŷs *homines*		yl nŷs
yr-râs *caput*	pro	yl râs
ys-sajf *aeſtas*		yl sajf
yщ-щytvæ *hyems*		yl щytvæ
yz-zmŷn *tempus*		yl zmŷn
yʒ-ʒokk *truncus*		yl ʒokk &c.

30, Secundo. H pronominis conjuncti ſeu Affixi poſt ȣ, in idem mutatur; ut

Fetaȣȣa *aperuit eam*	pro	fetaȣha
Γeraȣȣom *vulneravit eos*		reraȣhom &c.

Idem H affixum poſt ꞃ, mutat se, & ꞃ in ȣ, & poſt ꝏ vel ɜ, in ꝏ; ut

Mnaȣȣa *prohibuit eam*) mnaꞃha
Гerraȣȣom *toleravit eos*) pro гerraꞃhom
Neſaꝏꝏom *turgefecit eos*) neſaꝏhom
Sebaꝏꝏom *colore tinxit eos*) sebaɜhom.

31. Tertio. T vel D quando duplicantur, & ea ſequitur immediate littera S, haec & duo T vel D in duo ʒ migrantur; ut

Nꞃaʒʒu *ſternuere facimus*) nꞃattsu
Nɸaʒʒu *ſanctificamus, celebramus*) pro nɸaddſu
Nꞁeʒʒu *aggerimus, coacervamus*) nꞁeddſu &c.

32. Quarto. T ſervile (116) aut characteriſticum (148) quando praefigitur redicalibus D Ч S Щ Z ʒ, tunc addito illi Y in eandem radicalem T mutatur; ut

Yddŭr *converteris*) pro tdŭr
yччaɸlaɸ *motus eſt*,) tчaɸlaɸ

Digitized by Google

yssŭm *jejunabis*) tsŭm
yщщoφφ *findis*) pro tщoφφ
yzzĭd *auges*,) tzĭd
yʒʒakkak *ad inſtar trunci factus eſt* ſenex, arbor.) tʒakkak

33. Quinto. N pariter ſervile quando praeibit radicalibus L M & R, tunc praefixo quoque y, in ipſas convertitur; ut

Yllyrrmu *fraenamus*) nlyrrmu
ymmorru *imus*) pro nmorru
yrrĭd *volo*) nrĭd

Similiter N ſervile quando antecedit, N radicali vult Y praefixum; ut ynnyzzel *deſcendere faciam*. Sed quando N ſervile aut characteriſticum antecedit B radicali, tunc in M mutatur; ut Mbûs *oſculor*, mbynæ *aedificatus eſt* pro nbŭs, nbynæ.

34. Sexto tandem D radicale quando veniet immediate ante T ſervile tam in medio dictionis, quam in fine in T migrat; ut

Digitized by Google

Battejn *duo ova*	)	badtejn
Фnatt *ſteti*	) pro	фnadt
Mratt *aegrotavi*	)	mradt &c.

Sic L radicale ante N ſervile in ipſum N ſaepe convertitur ut

namynna *fecimus*	)	namylna
Uſanna *pervenimus*	) pro	uſalna
Kynna *manducavimus*	)	kylna

De Radicalibus, Servilibus, & Characteriſticis litteris clarior idea habebitur, quando de Verbo agetur, ideoque quae in hoc capite intelligi non poſſunt, ibi (112) intelligentur ac plana reddantur.

CAPUT SEXTUM

De Methodi adhibitae Rationibus

I.

35. SOnus quarumdam litterarum aliquando ante nonnullas litteras aut in fine dictionis mutatur, & non cyfra, radicis ſervandae gratia: radicales enim litterae, mutari *ut plurimum* nequeunt (38).

II.

36. Quod ſi interdum mutentur, id aſperitati emolliendae, ſcribendique facilitati imputandum.

III.

37. Sed vocales magnae mutationibus ſaepiſſime ſolent ſubjici.

IV.

38. Servandarum autem radicalium litterarum uſus invaleat neceſſe eſt, ne radicales, & primariae voces expiſcari nequire eveniat.

V.

39. Praeterea cave vocales magnas accentibus ſignare negligas; ſecus enim errabis: ſic Jynꝑos *deeſt*, & cum accentu

ita jynąôs *metitur*, tajjar *volare fecit*, tajjâr *goſſipium carminatum*, bys *ſolummodo*, bŷs *falco*, ųyref *ſtitit ſe ad januam* vel *feneſtram*, ųŷref *durus*, nydæ *ros*, nŷdæ *publicavit*.

VI.

40. Sed in fine dictionis vocalēs quomodocunque ſint nunquam ſignantur.

LIBRI PRIMI FINIS.

Digitized by Google

GRAMMATICAE MELITENSIS

LIBER SECUNDUS

DE DICTIONIBUS SEU DE ORATIONIS PARTIBUS

41. Dictiones quae veluti partes Orationem Melitenſem conficiunt, ſunt numero quatuor, ſcilicet Nomen, Pronomen, Verbum, & Particula: quare de ſingulis regulas inſtituentes in quatuor partes librum hunc partimur.

PARS PRIMA

DE NOMINE

42. Nomini accidunt ſeptem, nimirum Qualitas, Species, Genus, Numerus, Formatio, Caſus, & Declinatio.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM

De Qualitate Nominis

43. QUalitate Nomen diſtinguitur in SUBSTANTIVUM, quod vel Proprium; ut Adâm *Adam*, Mâlta *Melita*, Rŭma *Roma*, vel Appellativum; ut Bnŷdem *homo*, Knĭsjæ *eccleſia*; & in ADJECTIVUM, ut Nadĭf *mundus*, Sabĭȣ *pulcher*.

46. Deinde Appellativum poteſt eſſe vel DETERMINATUM; ut ɷobza *panis* unus, ɸamȣa *triticum* unum, dollŷna *cucumis* unus; vel INDETERMINATUM, ut ɷobz *panis*, ɸamȣ *triticum*, dollŷn *cucumis*.

45. Ita pariter Adjectivum diſtinguitur comparatione, ut Aɸal vel aɸɸal *ferocior*, ysbaȣ *pulcrior*, aʒnæ vel yʒnæ *ditior*.

46. Utrumque vero (ſubſtantivum & adjectivum) fieri poteſt DIMINUTIVUM; ut zuejmel *equulus*, klejjeb *catellus*, sbejjaȣ *pulchellus*.

Digitized by Google

CAPUT SECUNDUM

De Specie Nominis

47. NOmen in ſpecie conſideratum dividitur in PRIMITIVUM & DERIVATIVUM. Hoc ab alia dictione derivatur, illud a nulla, Hinc derivativum oriens a nomine NOMINALE, a verbo VERBALE vocatur.

48. Nomina Nominalia ſunt =

Poſſeſſivum, quod a quovis Subſtantivo provenit, ut Baʀri *nauta* a baʀar *mare*, uti italice marinajo, bydvi *agricultor* a bŷdjæ *agricultura* &c.

Patrium ſeu Gentile, ut Mâlti *Melitenſis*, a Mâlta *Melita*, Ʒavɥi *Gaulitanus* a Ʒavdeɰ *Gaulus*, Sɸalli *Siculus* a Sɸallĭa *Sicilia*; Ωarbi *Arabs* a Ωarb *Arabia* &c.

Locale denotans locum rei, ut Myzblæ *fimetum* a zybel *fimus*, myɰtlæ *ſeminarium plantarum* a ɰytlæ *planta*, mɷadda *cervical* a ɷadd *gena*, quae dormiendo cervicali fulcitur &c.

49. Verbalia ſunt =

Nomina Agentis ſeu Actoris latinorum participiis activis ſaepe reſpondentia; ut Ωam-

Digitized by Google

mŷl *faciens* vel *factor* a ſlamel *fecit*, Ȣôres *cuſtos* a Ȣâres *cuſtodivit*, *aſpexit*, Kyttŷb *ſcriptor*, *ſcriba* a Kyteb *ſcripſit*, Ꞁyddŷb *mendax* a Ꞁydeb *mentitus eſt* &c.

Nomina Patientis latinorum participiis paſſivis aequivalentia, ut Manmûl *factus*, maȣôres *cuſtoditus*,. myktûb *ſcriptus* &c. quae ſunt pariter a ṅamel, ȣâres, kyteb.

Nomina Actionis; ut Ꝕari *lectura*, *legere* a Ꝕara *legit*, ſtâr *prandium* a fatar *prandit*, tybdĭl *mutatio* a byddel, quod a bydel *mutavit* &c.

Nomina Vicis. ut ꝕarja *lectio una* a ꝕara *legit*, ykla *manducatio una* a kŷl *manducavit*, ꝕavma *ſurrectio una* a ꝕôm *ſurrexit*, mavra *iter unum* a mâr *ivit* &c.

Nomina Loci in quo fit actio, ut maoſel *locus lavandi* a oaſel *lavit*, maozen *repoſitorium* a oazen *repoſuit*, merꝕed *cubile* a raꝕad *dormivit* &c.

Nomina Inſtrumenti, quo fit actio; ut moſtŷȣ *clavis* i. e. inſtrumentum aperiendi a fetaȣ *aperuit*, motva *inſtrumentum complicandi* a tyvæ *complicuit*, mкebbæ *inſtrumentum convolvendi filum* a kebbeb *glomeravit*, *convolvit* filum, maȣrŷt *aratrum* i. e. inſtrumentum arandi a ȣarat *aravit* &c.

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM

De Genere Nominis

50. GEnera apud nos proprie loquendo duo ſunt, MASCULINUM & FOEMININUM. Quoniam verò Nomina quaedam, & maxime adjectiva ſub eadem terminatione duplex genus complectunt; ideo COMMUNE per tertium accedit, illud nempe quod utrique generi inſervit.

Genus autem in hac lingua ut cognoſcatur praecipuae ſequentes Regulae occurrunt obſervandae.

REGULA I.

51. = *Genus noſce a ſignificatione* =

Unde marium nomina tum propria, tum quoque illis competentia ſunt maſculina; ac ſimiliter foeminarum foeminina.

REGULA II.

52. = *Genus noſce a terminatione* =

Sic nomina deſinentia in A vel Æ ac ſaepe in T ſunt foeminina; ut bagra

vacca, renna *paradiſus*, ᴚnŷnæ *pietas* tyſlæ *puella*, *virgo*, bynt *filia*; mevt *mors*. Excipe quae excluduntur a Regula I, cum Semą *coelum*, ɜana *divitiae*, ᴚama *lutum*, ɜanæ *cantus ruſticus*, *poeſia naturalis*, aliiſque nonnullis, quae ſunt maſculina.

REGULA III.

53. = *Genus noſce ab adjunctis* =

Si adjunctum nomini erit maſculini generis, nomen pariter maſculinum, ſi foeminini foemininum erit; ut yщ-щemщ telnet, u yl ȹamar ɜôb: *ſol ortus eſt*, *& luna occidit*, ubi verbum telnet, quod eſt foemininum, indicat nomen щemщ eſſe generis foeminini, ɜôb e contra, quia eſt adjunctum maſculini generis, indicat quod ȹamar maſculinum ſit: Sic yl myſſŷr ſabĭᴚ, u l'omm mdelllæ: *pater pulcher* eſt, & *mater delicata*.

REGULA IV.

54. Obſervà, quod plerumque ad foemininum genus ſpectant nomina Regionum, Provinciarum, Inſularum, & Urbium. Dixi *plerumque*, quia in hiſce no-

Digitized by Google

minum claſſibus non deſunt communia, praeſertim Inſularum & Urbium.

Sunt quoque foeminina Rûħ *ſpiritus*, qalb *cor*, dâr *domus*, ɑbâr *novitas*, uɥemuɥ *ſol*, ĭd *manus*, râs *caput*, najn *oculus*, aliaque uſu diſcenda.

CAPUT QUARTUM

De Numeris Nominum

55. NUmeri Nominum apud Melitenſes tres ſunt Singularis, Dualis, & Pluralis; ut Byɥɥæ *pars*, byɥtejn *duae partes*, byɥɥŷt *partes*, Zerna *ſemen unum*, zerntejn *duo ſemina*, zernŷt *ſemina*, najn *oculus*, najnejn *duo oculi*, enjûn *oculi*,

56. E tribus hiſce numeris quaedam Nomina unum dumtaxat, alia duos, & pleraque omnes poſſident.

57. Unius numeri nempe ſingularis ſunt:

Nomina peregrina metallorum; ut Ɥomb *plumbum*, râm *aes* &c. dico peregrina, quia noſtralia metallorum nomina habent Pluralem; ut

Digitized by Google

	(Deheb *aurum*		(Dhubŷt
Sing.	(Fyddæ *argentum*	Plur.	(fyded
	(Ȣadĭd *ferrum*		(ȣdejjed

Nomina elementorum ; ut Arꝭ *terra*, ajru *aer*, ylmæ *aqua*. Nâr vero *ignis* habet nyrŷn. & Art quando ſignificat *terrenum* habet artijŷt.

Nomina liquidorum ; ut ɲaſel *mel*, nakar *faex*, ȣalĭb *lac*, meraꝗ *juſculum*, lynkæ *atramentum*, naraꝗ *ſudor* &c. Exceptis Mbĭd *vinum*, & zejt *oleum*, quorum pluralia ſunt mbejjed, zjût.

Nomina Verbalia Actionis ; ut Ȣyll *furtum*, ȣylm *ſomnium*, ɲnâs *ſomnum*, bɲĭt *miſſio* &c.

58. Duorum numerorum, nempe ſingularis & Dualis ſunt ſequentia

Id *manus*	Idejn *duae manus*
Ryrel) Sŷꝗ) *pes*	ryrlejn) ſaꝗajn) *duo pedes*
Rkoppa *genu*	rkoptejn *duo genua*
Uydnæ *auris*	vydnejn *duae aures*
Uyrk *femur*	vyrkejn *duo femora*
Ꝋadd *gena*	ꝋaddejn *duae genae*

Digitized by Google

Sed quando Oadd ſignificat aratri ſulcum, aut ſignum illud momentaneum quod inſtar ſulci in aqua relinquit navis, arundo, baculum &c. tunc habet pluralem odûd *ſulci*.

59. Hic monemus nomina omnia plurali numero carentia loco ipſius dualem adhibere; ita dicimus erbañ idejn *quatuor manus*, qatlûhom bidejhom: *interfecerunt eos manibus ſuis*. Aſt ſciendum omnia nomina, quae poſſident pluralem poſſidere quoque dualem, ſi non proprium, ſaltem improprium, uti modo videmus.

DE NUMERO DUALI

60. Dualis numerus duo tantum indicat, ut Singularis unum. Eſt autem duplex, PROPRIUS qui deſinit in AJN & EJN; ut Sebnajn *duo digiti*, ſentejn *duo anni*, & IMPROPRIUS, qui a plurali per vocem zevr formatur: ſic Zevr kotba *duo libri*, zevr yshmæ *duae portiones*, quia proprie non habentur kytbejn, yshmejn.

61. Numerum Dualem Proprium ſolent habere Nomina:

1.° Rerum natura dúplicium, ac proinde quamplurima membrorum corporis nomina; ut

Digitized by Google

Ꝝâreb *cilium*	ꝝvyrbejn *duo cilia*
Najn *oculus*	najnejn *duo oculi*
Kytf *humerus*	kytfejn *duo humeri*
Mynfes *naris* ,	mnyfsejn *duo nares*
Mynkeb *cubitus*	mnykbejn *duo cubiti*

2.° Ætatum & Temporum ; ut

Sŷna *hora*	ſantejn *duae horae*
Jûm *dies*	jumejn *duo dies*
Lejl *nox*	lejltejn *duae noctes*
Γymna *hebdomada*	γymentejn *duae hebd.*
Ϣahar *menſis*	ϣahrajn *vel* ejn *duo menſes*
Rebbŷna *ver*	rebbyntejn *duo vera* .

3.° Numerorum , Quantitatum , & Monetarum , ut

Miæ *centum*	mitejn *biſcentum*
Elf *mille*	elfejn *duo millia*
Zevr *par*	zevrejn *duo paria*
Ꝝabba *granum*	ꝝabtejn *duo grana*
Vφĭa *uncia*	vφitejn *duae unciae*
Rbĭni *quatuor aſſes*	rbnajjejn *octo aſſes* ,

Dicitur Rbĭni i. e. *quaternarius* quia quatuor conſtat partibus , uti tnejni *binarius* ,

Digitized by Google

tlŷti *ternarius*, voces olim in uſu, & uti poſſunt.

4.° Ponderum & Menſurarum; ut Ratal *libra* continens triginta uncias, ratlajn & ratlejn *duae librae*. Uyznæ *pondus* quinque librarum, vyzyntejn. Ꝗantâr *pondus* centum librarum ſeu rotolorum, ꝗanŧarajn, ejn,

Kejla *menſura* keltejn *duae menſurae*
Шyber *ſpithama* шybrejn *duae ſpithamae*
Ꝗâma *ulna*, ὀργυιά, *menſura utriuſque manus extenſae*, Ꝗomtajn & ꝗamtejn *duae ulnae*. Ꝗoffa *corbis*, ꝗoftejn *duo corbes* &c.

5.° Rerum quarumdam victui potuique pertinentium; ut

Bajda *ovum*, battajn & battejn *duo ova*
Byttiʘa *melo*, byttiʘtejn *duo melones*
Dollŷna *cucumis*, dollyntejn *duo cucumeres*
Гobna *caſei forma*, гbyntejn *duae caſei formae*
ʘobza *panis unus*, ʘbyztejn *duo panes*
Naʒʒæ *lens*, naʒtejn *duae lentes* &c.

6.° Tandem quamplurima nomina diverſae ſpeciei numerum dualem proprium habent, quae ob ſpecierum diverſitatem ad determinatam claſſem minime reduci poſ-

Digitized by Google

ſunt, ſed ut plurimum ſolent eſſe foemini-na ſic

Berqa *fulgur* berqtejn *duo fulgura*
Ferna *ramus* ferntejn *duo rami*
Nmilæ *natura* nmiltejn *duae naturae*
Besqa *ſputus* besqtejn *duo ſputi*
Baqra *vacca* baqartajn & baqartejn
Verqa *folium* verqtejn *duo folia*
Balqa *fundus* ſeu *poſſeſſio ſepimento vallata*, balqtajn & balqtejn &c.

Nomina quae carent duali proprio improprium ut diximus (59) adhibent.

DE NUMERO PLURALI.

62. Difficile eſt quammaxime in tanta hujus Melitenſis linguae pluralium varietate atque farragine regulas inſtituere. Enimvero ne Lectores noſtri idiomatis arcana mecum inveſtigantes abſque ullo lumine quoad hunc articulum omnino relinquam, numerum Pluralem in Regularem & Irregularem partiar. Regularem voco, qui fixam firmamque ac determinatam terminationem, atque formam habet, & qui vagam & incertam, Irregularem.

63. Pluralis Regularis dici poteſt quando in nominibus maſculinis & communi-

Digitized by Google

bus deſinit in IN ; ut qaddiſin *ſancti*, kyſrin *crudeles*, ħajjin *vivi*, mejtin *mortui*, & in foemininis in YT ; ut bnŷt *filiae*, *virgines*, byqqŷt *partes*, rymmynŷt *melogranatae*, vardŷt *roſae* : ſi ſecus declinabitur, erit tunc Irregularis .

DE PLURALI IRREGULARI

64. Etiamſi Pluralis Irregularis omni ferme regula deſtitutus ſit, eo quod in varias atque innumeras terminationes defluat; illum nihilominus ad quaſdam determinatas claſſes reducere conabor. Nam Plurales omnes vel in vocalem, vel in conſonam deſinunt. Hinc habemus duos claſſium primarios ordines, primus terminans in vocalem, in conſonantem alter. Praeterea vocales variae ſunt, variaeque inde habentur terminationes. Poſtea praeter ultimam litteram queunt ante oculos haberi penultimæ, & antepenultimae tam vocales ſive parvae ſive magnae, tàm conſonae motae aut quieſcentes. Praeterquamquod conſideranda quoque erit ſyllabarum quantitas. Qua ex varietate varii, & quidem inter ſe diſtincti emergunt Plurales quaſi regulares, etſi Irregulares, quos ad

DES H... LIBRARY

numerum XXII. claſſium redegi, quaeque perinde claſſes veluti paradigmata Pluralium Irregularium aliis Pluralibus ſibi ſimilibus quotquot in Melitenſi ſermone inveniuntur, poterunt inſervire.

PRIMUS ORDO PLURALIUM IRREGULARIUM

65. Primi ordinis Plurales Irregulares ſunt qui deſinunt in A, Æ, & I.

Sequentes quatuor deſinunt in A.

I.ª Claſſis eſt Diſſyllaborum brevium quieſcente media; ut Kotba *libri*, foǫra *pauperes*, ɜonja *divites*, nomja *caeci*.

II.ª Eſt quoque Diſſyllaborum, habentium tamen quieſcentem in principio, & in medio â magnum; ut Nsâra *Chriſtiani*, ǫrâba *conſanguinei*.

III.ª Habet tres ſyllabas, quarum mediae eſt ŷ magnum poſt duas litteras ſimiles; ut Dammŷma *collectores goſſipii*, ſajjŷda *piſcatores*, ſavvŷma *jejunantes*, navvŷma *natatores*.

IV.ª Eſt tertiae ſimilis, ſed loco ŷ habet â vel ô juxta varietatem noſtrarum diale-

Digitized by Google

ctorum ; ut Rabbâta & rabbôta *ſatellites*, ɑajjâta, vel ɑajjôta *vociferatores*, tallâba vel tallôba *rogatores*, *mendici*, ϰaſsâda vel ϰaſsôda *meſſores*, ꙍajjâta vel ꙍajjôta *ſarcinatores*, Haec nomina pluralia IV.ᵃ ſimilia ſunt voci ſingulari foemininae.

Sequentes tres deſinunt in Æ.

V.ᵃ Conſtat quatuor litteris componentibus duas ſimplices ſyllabas; ut Nyſæ *foeminae*, *mulieres*, ɯydæ *muſcae bovinae*.

VI.ᵃ Eadem eſt ac antecedens, ſed habet mediam quieſcentem ; ut Myrjæ *ſpecula*, ſyrdæ *humiditates nocturno-frigida*.

VII.ᵃ Eſt ſimilis tertiae, & differt tantum in finali; ut kyttŷbæ *ſcribae*, *ſcriptores*, ɿyddŷbæ *mendaces*, ɯebbŷkæ *venatores reti*, *mittentes retia*, verrŷtæ *heredes*.

Sequentes duae claſſes deſinunt in I.

VIII.ᵃ Pluralia nomina claſſis hujus quae ſunt diſſyllaba habent primam litteram quieſcentem & mediam ŷ magnum, ut Dvŷli *vites*, flŷvi *poledri*, rrŷvi *catelluli*, mlŷvi *mataxae*, klŷvi *renes*, ɯtŷvi *hiemes*, ɯvŷni *triremes*.

Digitized by Google

IX.ª Similis antecedenti, ſed loco ŷ adhibet â vel ô; ut Dſâri vel dſôri *comae plectiles*, rzâri vel rzôri *mataxae grandes*, ɋrâti vel ɋrôti *curiae*, ɋsâri vel ɋsôri *vaſa plantarum*.

Obſervandum eſt quod Plurales tertiae, quartae, & ſeptimae claſſis habent ſingularem foemininum ſibi ſimilem, & nomina pluralia ad illas claſſes ſpectantia deſinentiam quoque regularem in IN poſſident uti regularia; ut Tyddybbĭn *mendaces*.

SECUNDUS ORDO PLURALIUM IRREGULARIUM.

66. Plurales Irregulares Secundi Ordinis terminant in conſonantem cum penultima ſemper vocali ſive magna ſive parva, quae modo A, modo E, raro I, ſaepe Y & O, atque U erit.

Tres ſequentes claſſes habent penultimam litteram A ex parvis.

X.ª Nomina hujus claſſis ſunt diſſyllaba brevia per duo a parva; ut Baɋar *bo-*

Digitized by Google

ves, ramar *prunae*, rarar *hydriae*, za-mar *manipuli*, labat *acus*.

XI.ª Habet primam quieſcentem & tertiam ŷ magnum; ut Bzŷzaq *veſicae*, dvŷlan *coſtae*, rvŷlaq *ſportae*, mzŷlar *ſcopae*, mtŷrar *culcitae*.

XII.ª Eſt ſimilis antecedenti, ſed pro ŷ utitur â vel ô; ut Mnâzaq vel mnôzaq *ligones*, zʒâzaʒ vel zʒôzaʒ *juvenes* aetatis non bene maturae,

Sequentes quinque gaudent penultima E.

XIII.ª Eſt diſſyllaborum brevium, quorum prima vocalis parva eſt y, raro a; ut Byleh *fatui*, ſyded *argenta*, kyreh *deformes*, naſes *cuſtodiae*, ſykek *vomeres*, *ferramenta linguae aratri*, ſyved *nigri*.

XIV.ª Ut antecedens quieſcente prima conſona, ſed prima vocalis ſaepe a erit; ut Mſelel *acus praecraſſae*, moaded *cervicalia*.

XV.ª Eſt pariter claſſis haec diſſyllaborum quieſcente prima, & habet tertiam ŷ magnum, ut Buŷkel *fiſcinae*, bzŷzel *mamillae*, dvŷfer *ungues*, kvŷkeb *ſtellae*, qvŷbel *obſtetrices*, qvŷleb *fiſcellae*, zvŷmel *equi*.

Digitized by Google

XVI.ª Antecedenti ſimilis, præter tertiam, quae poteſt eſſe â vel ô; ut Dvâmen vel dvômen *numiſmata*, mꝛâret vel mꝛôret *aratra*, mꝗâdef vel mꝗôdef *remi*, slâten vel slôten *domini abſoluti principes imperantes*, *reges*, ujjâten vel ujjôten *diaboli*.

XVII.ª Habet primam quieſcentem, & mediam duplicatam; ut Bhejjem *beſtiae*, bꝗejjeꝗ *partes*, ꝛvejjer *res*, ꝍrejjef *fabulae*, ſꝛajjeb *nubes*.

XVIII.ª Nomina pluralia hujus claſſis ſolent eſſe monoſyllaba, quorum prima quieſcit, & penultima erit ſemper ŷ magnum; ut Dvŷb *equae*, ſnŷk *cuniculi*, jjŷm *dies*, klŷb *canes*, rrŷl *maſculi*, *viri*, rjŷꝛ *venti*, sbŷꝛ *pulcri*. At ſciendum eſt quod nomina deſinentia in ŷt cum T finali in plurali, haec ad hanc irregularium claſſem minime ſpectant, ſed ad regulares foemininas (63), ut dvŷt *vermes*, duvŷt *pharmaca*, bnŷt &c. Ad ambas tamen claſſes pertinere poſſunt ſi T finale erit ex ſe radicale; ut Blŷt *urbes*, *civitates* a belt *urbs*, *civitas*, mvŷt *mortes* a mevt *mors*.

XIX.ª Habet penultimam ĭ magnum; ut Ꝛmĭr *aſini*. Quae defluunt in ĭ cum N finali ad regulares (63.), & nunquam ad

hanc claſſem pertinent ; ut Mejtin *mortui* ,

XX. Pluralia hujus claſſis ſunt diſſyllaba brevia vel per duo *o* parva ; ut Bojod *albi* , toꝗob *foramina* , torok *turcae* , toroꝗ *viae* , ȣomor *rubei* , ȣoſor *ſcrobes* , ωodor *virides* , ſbdod *cubilia* , *lecti* , vel per *o* & *a* pariter parva, uti quidam pronunciant dicentes Bojad, torak, toꝗab &c. Sed pronunciatio cum duobus *o* anteponenda videtur .

XXI.ª Eſt monoſyllaborum habentium primam quieſcentem , & penultimam ô magnum ; ut Bjôr *putei*, Tvôl *longi* , ꝗsôr *breves* , ȣfôr, *foveae* , *ſcrobes* .

XXII.ª Similis antecedenti , ſed loco ô poſſidet U magnum , quod vel ŭ clarum erit ; ut Tjŭn *luta* , tjŭr *volatilia altilia* , rjŭs *capita* , sfŭf *ordines* , vel û obſcurum ; ut Djûn *debita* , ŋjûn *oculi* , *fontes* , ŋuɰûŋ *nidi* , sjûf *enſes* , *gladia* .

DE NOMINIBUS QUÆ HABENT PLURES PLURALIUM CLASSES .

67. Inveniuntur in hac lingua quaedam Nomina quae plures plurales ſeu plu-

Digitized by Google

ralium formas poſſident, ſcil. duos, tres, quatuor, vel amplius.

Quae poſſident duos plurales ſunt; ut

Anma *caecus*, nomi & nomja *caeci*.
Târi *tener*, torja & torjĭn *teneri*.
Ŋyrvŷn *nudus*, nrŷven & nyrvynĭn *nudi* &c.
Sed Sodda *lectus* in plurali ſodod; ſi vero faciet ſyded *lecti*, tunc a ſingulari ſyddæ orietur.

Habent quoque duos plurales ea nomina, quae in plurali poſſident vocem ſimilem foemininae ſingulari; ut ŋyrjæ & nyrjĭn *nudi*, cum aliis innumeris quae habent tum regularem pluralem, tum irregularem tertiae quartae & ſeptimae claſſis.

Quae poſſident tres plurales ſunt; ut Berɋŷt, berɋât, & berɋôt *fulgura* a ſing. berɋa *fulgur*. Ʒonja, ʒoni, ʒnijĭn *divites* a ʒani *dives*. Verɋŷt, verɋât, & verɋôt *folia* a verɋa *folium*.

Alia quatuor, ut a ſing. Ferω & ferωa *pullus* fiunt plur. frŷω, ferωŷt, ferωât, & ferωôt *pulli*.

Alia quinque, ut Teraȣ, trŷȣi, terȣât, terȣŷt, & terȣôt *faſciae* a ſing. terȣa *faſcia*; sic a Ferna *ramus*, frŷn, frŷni, fer-

nŷt, fernât, & fernôt *rami*; a Meloa *racemus* sive *pars botryonis*, mlŷo, mlŷoi, meloât, meloŷt, meloôt *racemi*.

Alia tandem habent quamplures pluralium claſſes, quas hic determinare nequimus; ut Фŷna *planities glabra ubi frumenta teruntur* фvŷni, фynân, фynôn, фynŷt, фynât, фynôt *planities* ſeu *areae terendi frumenta*: ita a Syrra *arbor*, ſyrar, ſorar, srâri, srôri, syrrŷt, ſyrrât, ſyrrôt *arbores* &c.

68. Nomina quorum pluralia habent penultimam E, I, vel O raro plures pluralium claſſes poſſident.

Non raro tamen vocum pluralium variatio variationem in ſignificatu parit, & vim ſignificationis diverſam ac quantitatem indicat v.g. a Фasba *arundo* habebis фasbŷt *quaedam arundines* ſeu *cannae* parva quantitate, фsâbi *tibiae*; ut фsâbi ſaфajk *tibiae pedum tuorum*, & фsôb vel фsôbi ſunt pluralia exprimentia magnam arundinum quantitatem: ſed haec modo clarius explanantur.

Digitized by Google

DE PLURALIUM VI, ET DIFFERENTIA

69. Vis ac quantitas ſignificationis pluralium provenit a qualitate ſingularium nominum, e quibus ipſa pluralia nomina originem trahunt. Hinc nomen plurale vel eſt Determinatum in ſignificatu, vel Indeterminatum. Primum venit a nominibus appellativis determinatis, & a nomine vicis, atque indicat rem determinatam a duobus ad decem, niſi eam numerale nomen ſecus determinet. Indeterminatum ſeu, ut melius dicam *plurificatum* (novum enim non eſt in linguis orientalibus nomina pluralia *plurificari*) rem in magna quantitate ac indeterminata indicat; uti videre eſt in ſequentibus exemplis.

70. Pluralis Determinatus a ſingulari determinato; ut Byttĭoât *melones nonnulli* a byttĭoa *melo unus*. Tajrŷt *volatilia nonnulla* a tajra *volatile unum*, Dyllynât *cucumeres quidam* a dyllŷna *cucumis unus*.

71. Pluralis Indeterminatus a ſing. indeterminato; ut Btŷtao *melones multi* a byttĭo *melo*, Tjŭr *volatilia multa* a tajr *volatile*, Dlŷlan *cucumeres multi* a dyllŷn *cucumis*.

Digitized by Google

72. Notandum eſt tandem quod pro dialectulorum varietate, variant ſaepe pluralia: unde alii dicunt Byleh *fatui*, ſyded *lecti*, alii e contra boloh, ſodod, alii ʒoſor *foveae*, toqob *foramina*, alii vero ʒofar, toqab, & alii multi multa alia, uti obſervavimus in quibuſdam formis; de quibus peculiaribus obſervationibus, ut & de aliis pluralis irregularis claſſibus, deque formationis a ſingulari numero ratione hic regulas texere eſt omnino ſupervacaneum: quae omnia ſingulatim in Lexico commode notari poterunt.

CAPUT QUINTUM

De Formatione Nominum.

73 NOmen Melitenſe generatim loquendo firma ſtabilique forma ac deſinentia non raro caret; ſed quando derivatur ſive a nominibus ſive a verbis illam ferme regularem tenet. Derivando autem ſolet formari litterarum *additione*, *ablatione*, vel ambabus.

DE FORMATIONE APPELLATIVORUM NON RADICALIUM, ET NOMINUM QUORUMDAM ACTIONIS ET VICIS.

74 A Nomine Collectivo, ſive ut diximus Indeterminato fit Determinatum additione litterae a. vel æ in fine; ſic a Ωobƶ *panis*, habetur ωobza *panis unus*, a ɰnĭr *hordeum* fit ɰnĭræ *hordeum unum*.

Ita pariter a nomine actionis, ſeu infinitivo formatur nomen vicis; ut Myɰjæ *ambulatio una* a myɰi *ambulare*, ɸarja *lectio una* a ɸari *legere*: quod vicis nomen valet quoque formari a primaria voce verbi; ut Raɸda *dormitio una* a raɸad *dormivit*, vaɸna *caſus unus* a vaɸañ *cecidit*.

75. Nomina nonnulla actionis ſolent ſaepe formari additione ſyllabae TA; ut Taωbĭl *conſuſio* a ωabbel *conſudit*, taʒvĭl *plantatio* a ʒavvel *plantavit*. Similiter a numeralibus ex quibus non raro verba quoque formantur, ut vaʒʒad tennæ telſet &c. potes effingere Tavʒidĭa *unitas* a vŷʒed *unus*, tytnĭæ *binitas, dualitas, duplicitas* a tnejn *duo*, tytlĭa *trinitas, triplicitas*, a tlŷtæ *ter* &c. uti etiam tevʒĭd, tytlĭt, terbĭn, &c.

Digitized by Google

DE FORMATIONE POSSESSIVORUM GENTILIUM ET ADJECTIVORUM.

76. Formantur Poſſeſſivum, Gentile ſeu Patrium, & ſaepe Adjectivum (quando ab alio derivatur) addendo I in fine nomini primitivo: ſic Sajſi *aeſtivus* à ſaif *aeſtas*, ɥɥytvi *hiemalis* a ɥɥytvæ *hiems*, ȼavvi *fortis* a ȼavva *fortitudo*, belti *civis* a belt *civitas*, ɲasli *habens colorem mellis* a ɲaſel *mel*. Foemininum quoque formatur addendo a vel æ maſculino, ut Sajſĭa *aeſtiva*, ɥɥytvĭæ, ȼavvĭa, beltĭæ, naslĭæ. Ita etiam formari poſſunt alia ſimilia nomina, quae licet hodie apud nos deſint, olim in uſu fuiſſe ſentio, quorum uſus ad praeſens indigemus; ut Alli *divinus*, allĭa *divina* ab Alla *Deus*, bnŷdmi *humanus*, bnydmĭa *humana* a bnŷdem *homo*; & hoc modo fiunt innumera alia ad praeſens uſque in uſu; ut Rrŭli *maſculinus* rrulĭa *maſculina* (ſed differt a rrulĭæ *maſculinitas*) a rârel *maſculus*, nsŷvi *foemininus*, nsÿvĭa *foeminina*, ſeu ad foeminam pertinens; ut Lybsæ nsyvĭa *veſtimentum foemineum*. Non me latet nomina hujusmodi ſaepe formari per particulam ta, tal, tel; ut tal ȥanût *caupo*, tal

mevt *mortalis* &c. ſed in hoc non raro ob ambiguitatem errores involvuntur.

77. Praeterea Adjectiva maſculina ſignificantia colorem, vitium, aut aliquam deformitatem formantur a foemininis (quae in hac nominum ſpecie ſunt radicalia) auferendo a vel æ finale, & addendo in principio A vel Y; ut

Abjad *albus*		Bajda *alba*
Aȣmar *ruber*		Ȣamra *rubra*
Aɸdar *viridis*		ɸadra *viridis*
AՈma *caecus*		Ոamja *caeca*
Artab *mollis*	a foem.	Ratba *mollis*
Yblek *fatuus*	radicali	Belhæ *fatua*
Yкreh *deformis*		Kerhæ *deformis*
Ysfar *flavus*		Safra *flava*
Yſmar *ſubniger*		Samra *ſubnigra*
Yſved *niger*		Sevdæ *nigra*
Yzraɸ *caeruleus*		Zerɸa *caerulea*

DE FORMATIONE NOMINUM MYMMATORUM.

78. Nomina quae a Verbis per litteram M non radicalem in principio formantur vocamus Mymmata. Haec fiunt additione characteriſtici M, & vocalis juxta ſpeciem

Digitized by Google

nominis, qua eſſe poteſt Nomen Patientis, Inſtrumenti, Loci, aliquando Agentis & ſimiliter.

79. Nomen Patientis fit a Verbo radicali addito M cum vocali parva ante vocem radicalem, ita ut prima radicalis littera Verbi in nomine patienti quieſcat, & addito U magnum ante ultimam radicalem, ſeu mutata vocali parva in U magnum; ſic

Maոzûl *ſelectus*		Ոazel *ſelegit*
Maʒzûl *netus*		Ʒazel *nevit*.
Maȣrŭt *aratus*		Ȣarat *aravit*
Mehmûz *alligatus*	a	Hemez *alligavit*
Mytlûf *perditus*		Tylef *perdidit*
Myrbùȣ *victus*		Rebaȣ *vicit*
Mobrŭd *limatus*		Barad *limavit*.

Nomina vero quae veniunt a radicalibus quorum penultima eſt â magnum, idem retinent: ut Moωṭàr *electus* a ωṭàr *elegit*. Sed ſi veniunt ab aliis Verborum claſſibus, per M tantum formantur; ut

Mbyddel *mutatus*		Bydel *mutavit*
Msemmen *ſaginatus*	a	Semmen *ſaginavit*
Mɸassam *diſtributus*		ɸaſſam *diſtribuit*
Mfyɰkel *impeditus*		Fyɰkel *impedivit*.

Digitized by Google

81. Nomina Mymmata Inſtrumenti fiunt pariter a Verbo per M cum vocali parva in principio, & cum ŷ magno ante ultimam; ut Maϰrŷt vel moϰrŷt *aratrum* ſeu inſtrumentum arandi, Myſtŷϰ vel moſtŷϰ *clavis* ſeu iſtrumentum aperiendi.

82. Nomina Loci poſt M characteriſticum volunt *a* parvum & raro *e* in principio, & per penultimam *e* raro *a*; ut

Maϕſel		*lavandi*		ϕaſel
Maϕzen		*reponendi*		ϕazen
Maꝗjel	*locus*	*recubandi*	a	ꝗŷl
Merꝗed		(armenti		
ſeu				
Merꝗad		*dormiendi*		raꝗad.

Ad Mymmatorum claſſem ſpectant tot illa nomina quae incipiunt cum M non radicali; ut Mvaϰϰad *ſingularis*, mtenni *duplicatus*, *dualis*, mtellet *triplicatus*, mveſſaꝗ *pluralis* a vysꝗ *plus*, mkattar *multiplicatus* &c.

DE FORMATIONE AGENTIS.

83. Nomina Agentis ut plurimum fiunt a Verbo mutata penultima in ŷ magnum,

Digitized by Google

vel in â aut ô juxta dialectum, & duplicata media radicali, ſi in Verbo duplicata non erit; ut

Φattŷl *interfector*) ɸatel *interfecit*
Ոammŷl *factor*) ոamel *fecit*
a
Sajjâr *coquus*) ſajjar *coxit*
Laոոôb *luſor*) laոab *læſit* &c.

DE FOMATIONE COMPARATIVI

84. Comparativum fit a poſitivo praefixo A vel Y, & mutata penultima in A vel E; ut

Aʀbar *major*) ʀbĭr *magnus*
Ytval *longior*) Tvĭl *longus*
Aɸſar, vel
Yɸſar *brevior*) a Φsĭr *brevis*
Yſmen *opimior*) Smĭn *opimus*
Yzʒar *minor*) Zʒĭr *parvus*.

Ꭹazĭn tamen *malus* habet aꭃzen & aոarr *pejor*, Tajjeb *bonus*, ytjeb, vel aωjar *melior*,

Poſitivum deſinens in vocalem, in comparatione etiam in vocalem, licet mutetur deſinit; ut a Φavvi *fortis* fit Aɸva *for-*

Digitized by Google

tior, a Nâli *altus* Ynla vel Ynlæ, quidam Qnla *altior* &c.

85. Poſitiva, quae propriam vocem comparativam vel nequeunt poſſidere, uti ſunt nomina adjectiva, quae formantur a foemininis, de quibus egimus num. 77., vel forma comparativa non utuntur, ſiunt Comparativa praemiſſis vocibus Aktar vel Yzjed *plus*, *magis*; ut Aktar artab *mollior*, yzjed aχmar *rubrior*, yzjed ſabĭχ (pro ysbaχ) *pulcrior*, aκtar nadĭf (pro yndaf) *mundior*.

DE FORMATIONE SUPERLATIVI.

86. Superlativa forma proprie loquendo caremus: unde improprie ſuperlativi vis diſtinguitur, & exprimitur per particulam Uysq *valde, maxime, nimis,* quae poſtponi ſolet poſitivum; ut Rqiq vysq *ſubtilis nimis* i. e. *ſubtiliſſimus*, bnĭn vysq *maxime ſapidus*, ſabĭχ vysq *pulcher nimis* i. e. *pulcherrimus*, nâli vysq *altiſſimus* &c.

87. Fit quandoque Superlativum ex comparativo, & pariter ex particula Vysq; ut Aχbeb vysq *amiciſſimus*, aωjâr vyq pro tajjeb vysq *optimus*. Sed haec Superlativi forma majorem vim ſignificationi praebet,

Digitized by Google

quam prima; indicat enim quid aliud ſuper Superlativum.

Aliquando etiam Superlativum ante particulam vysq poſtulat vocem *byl* ſcil. Byl vysq; ut Sabiĭ byl vysq *pulcherrimus*, & valet Sabĭx kem jyſtañ jkûn: *pulcher quantum eſſe poteſt*, ωafĭf byl vysq *leviſſimus* &c.

DE FORMATIONE DIMINUTIVI.

88. Nomen Diminutivum rem minuens, deprimens, atque contemnens fit apud nos quieſcentia primæ litteræ, & additione litterarum Aj vel Ej in medio dictionis; ut:

Rvajrél *homunculus* a Rarel *vir*
Blæjla *parva caepa* a Basla *caepa*
Blejha *parva fatua* a Belha *fatua*
Φnejzer *porcellus* a Φanzĭr *porcus*
Ωvejnæ *ocellus* a najn *oculus*
Щvajten *daemonium* a щitân *daemon*, Ωvejref *ſciolus* a nâref *ſciens*, *ſapiens*, *doctus*.

Sed Ǐd *manus* habet diminutivum Vejdæ *parva manus*, qajzu *porcus* qzejqez *porcellus*: quod originatum potius videtur a Φazqŭs etiam *porcus*, ſed in gradu ſuperlativo.

89. In ceteris formationum modis, aut in aliis peculiaribus formis, quae aliquando erunt ſingulares, uſus potius quam generales regulae eſt conſulendus.

CAPUT SEXTUM

De Caſibus.

90. CAſus ſex enumerantur, & dignoſci valent *Regimine* ſeu exigentia loci, *Articulo*, *Particula*, vel utroque. Et, ut laudabilem Occidentalium uſum ſequamur, vocantur Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus, & Ablativus.

DE ARTICULO.

91. Apud nos Melitenſes Articulus unus eſt ſimpliciter, nempe YL, & poteſt inveniri in quocunque numero, genere, & caſu (excepto quinto) tam per ſe ipſo, quam cum aliis particulis. Sed quando nomina, quibus adnectitur Articulus, incipiunt a litteris T D Ч N R S Щ Z Ʒ,

Digitized by Google

tunc duplicata initialis littera ex his, L articuli cadit, ſeu, quod idem, in initialem convertitur, uti dictum eſt lib. 1. c. 5.

92. Invenitur Articulus non tantum in Subſtantivis, ſed etiam in ipſis Adjectivis Subſtantivo adjunctis; ut Yl knîsjæ ylkbîræ *Eccleſia magna* ſeu *major*, Ys-smevvŷt yl nâlſa *caeli altiſſimi*.

Nomina incipientia a M quieſcente tranſponunt Yl in Ly; ut ly mɸaddes *ſanctificatus* pro yl mɸaddes. Si vero nomen incipit a vocali, tunc y articuli ly excidit, ut L' Art *terra*, l' id *manus*.

DE CASUUM PARTICULIS.

93. Sunt quaedam Particulae, quae ſive per ſe, ſive cum Articulo indicant caſus nominum quibus praefiguntur = videlicet Ta vel Te inſervit Genitivo, L Dativo, & aliquando Accuſativo, Ja, & ante vocalem *a* Jo Vocativo, Ɓ vel By, F vel Fy, Myn Mynnand, Mañ vel Miñ &c. Ablativo.

94. Particulae per ſe; ut Ta Mâlta *Melitae*, Temîn? *cujus*? L' Mâlta *Melitae*, Lmîn? *cui*? Ja Ħabîb *o amice*, jo Alla

Digitized by Google

o Deus, Myn Mâlta *e Melita*, Mynnand mĭn? *a quo*? F Mâlta *in Melita*.

95. Particulae cum Articulo componuntur hoc modo Tal tel lyl byl fyl mel myl mynyl nandyl mynnandyl nal ſal ſel &c. quod praxi clarior fiet.

CAPUT SEPTIMUM

De Declinatione.

96. EX hucuſque expoſitis accidentibus Nominum profluit ultimum accidens, ſcil. Declinatio. Eſtque una tantum, quia inflexio primi caſus ſimilis & talis manet in ceteris. Sed nos in varia exempla ratione Articuli, & caſuum illam exponimus.

Exemplum I. Alla *Deus*.

Nom. Alla *Deus*, Gen. t'Alla *Dei*, Dat. l'Alla *Deo*, Acc. l'Alla *Deum* (ut nħob l'Alla *amo Deum*), Voc. Jo Alla *o Deus*, Abl. mn' Alla *a Deo* f' Alla *in Deo*. Sic Mykŷl *Michael*, ta Mykŷl *Michaelis*, l' My-

Digitized by Google

kŷl vel lyl Mykŷl *Michaeli* vel *Michaelem*, ja Mykŷl *o Michael*, mynnand Mykŷl *a Michaele*.

Exemplum II. Γmŷl *pulcritudo*.

N. ŷl rmŷl *pulcritudo*, G. tal rmŷl *pulcritudinis*, D. lyl rmŷl *pulcritudini*, Ac. yl *vel* lyl rmŷl *pulcritudinem*, V. ja rmŷl *o pulcritudo*, Ab. myl rmŷl *a pulcritudine*. Sic yl verḍa *folium*, tel verḍa *folii* &c. Yl varda *roſa*, tal varda *roſae* &c. Quod dico de n. Singulari, dic pariter de Duali & Plurali, ut demonſtrat ſequens.

Exemplum III. Lejl *nox*.

Sing. N. Yl lejl *nox*, G. tel lejl *noctis*, D. lyl lejl *nocti*, Ac. yl lejl *noctem*, V. ja lejl *o nox*, Ab. myl lejl *a nocte*.

Dual. N. Yl lejltejn *duae noctes*, G. tal lejltejn *duarum noctium*, D. lyl lejltejn *duabus noctibus*, Ac. yl lejltejn *duas noctes*, V. ja lejltejn *o duae noctes*, Ab. myl lejltejn *a duabus noctibus*.

Plur. N. Yl ljŷli *noctes*, G. tel ljŷli *noctium* D. lyl ljŷli *noctibus*, Ac. yl ljŷli *noctes*, V. ja ljŷli *o noctes*, Ab. myl ljŷli *a noctibus*.

Digitized by Google

Exemplum IV. Davl *lumen*.

Hoc exemplum dilucidationi nominum pertinentium ad num. 91. inſervit, uti V. ad num. 92.

N. yd-davl *lumen*, G. tad-davl *luminis*, D. lyd-davl *lumini*, Ac. yd-davl *vel* lyd-davl lumen, V. ja Davl *o lumen*, Ab. myd-davl *a lumine*. Sic yt-tjŷba *bonitas*, tat-tjŷba *bonitatis* . . . yz-zejt *oleum*, tazzejt *olei* &c.

Exemplum V. & Ultimum.

N. L'Omm ly mꝗaʒʒa *mater ſancta*.
G. tal' Omm ly mꝗaʒʒa *matris ſanctae*
D. lyll' Omm ly mꝗaʒʒa *matri ſanctae*
Ac. l' Omm ly mꝗaʒʒa *matrem ſanctam*.
Voc, ja omm ly mꝗaʒʒa *o mater ſancta*
Ab. myll' omm mꝗaʒʒa *a matre ſancta*
Cetera Nomina ſimiliter, & hac facillima ratione declinantur,

Digitized by Google

CAPUT OCTAVUM

De Numeralibus.

97. QUoniam Nomina Numeralia Melitenſium quaedam peculiaria & obſervationis digna in ſe continent; ideo poſt nominum accidentia tractatum hic lubet adjicere. Sunt autem duplicia, Cardinalia nempe, & Ordinalia.

Cardinalia ſunt =

Vŷȣed & vaȣda	1	Φmyſtâɰ	15
Tnejn	2	Syttâɰ	16
Tlŷtæ	3	Sbatâɰ	17
Erbɲa	4	Tmyntâɰ	18
Φamsa	5	Ʒetâɰ	19
Syttæ	6	Ɲomrĭɲ *vel* ɲyɰrĭn	20
Sebɲa	7	Vŷȣed u ɲoɰrĭn	21
Tmŷnjæ	8	Tnejn u ɲoɰrĭn	22
Dyſɲa	9	Tlŷtæ u ɲoɰrĭn	23
Ɲaɰra	10	Erbɲa u ɲoɰrĭn	24
ȣdâɰ	11	Φamſa u ɲoɰrĭn	25
Tnâɰ	12	Syttæ u ɲoɰrĭn	26
Tlyttâɰ	13	Sebɲa u. ɲoɰrin	27
Arbatâɰ	14	Tmŷnjæ u ɲoɰrĭn	28

Digitized by Google

Dysna u nouɥrĭn	29	Syttĭn	60
Tlytĭn	30	Sebŋĭn	70
Vŷφed u tlytĭn	31	Tmynĭn	80
Tnejn u tlytĭn	32	Dyſŋĭn	90
Erbŋĭn	40	Mĭæ	100
Φamsĭn	50	Mĭæ u vŷȣed	101

Et uſque ad Mitejn 200, *Tlytmĭæ* 300, Arbamĭæ 400, Φamyſmĭæ 500, Syttmĭæ 600, Sabamĭæ 700, Tmymmiæ (33.) 800, Dyſamĭæ 900, Elf 1000, Elfein 2000, Tlyttelef 3000, Arbatelef 4000, Ŋamyſtelef 5000, Syttelef 6000, Sabatelef 7000. Tmyntelef 8000, Dyſatelef 9000, Ŋaɥartelef 10000, ȣdâɥylelf 11000... Ŋouɥrĭn elf 20000, Tlytĭnelf 30000.... Mytelf 100000, Mitejnelf 200000. *uſque ad* Elflelûf 1000000, Elfejnlelûf 2000000 &c.

Praeterea Melitenſes loco dicendi Elf u mĭæ 1100, Elf u mitejn 1200, ſeu Mĭæ u elf, Mitejn u elf &c., ſaepe dicunt ȣdâɥ yl mĭæ 1100, Tnâɥ yl mĭæ 1200, Tlyttâɥ yl mĭæ 1300; ſed raro Ŋouɥrĭn mĭæ 2000. *pro* Elfejn, Tlytĭn mĭæ 3000. *pro* Tlytelef Erbŋĭn mĭæ &c.

98. Ordinalia ex cardinalibus componuntur praefixo articulo praeter primum

Digitized by Google

ut Levvel *primus*, Yt-tŷni *ſecundus*, yt-tŷ-ſet *tertius*, yr-râbañ *quartus*, yl ɸâmes *quintus*, ys--syttæ *ſextus* ys-ſebna *ſeptimus*, yt-tmŷnjæ. *octavus*, yd-dyſna *nonus*, yl nauɥra *decimus*, yl ʀdâuɥ *undecimus*, & ſic cetera.

99. In numerando numerus minor praemittitur majori interpoſita particula conjunctiva ů; ut vŷʀed u nouɥrĭn XXI.

PARS SECUNDA

DE PRONOMINE.

100. Vitandae repetitionis nominum cauſſa homines in loquendo utuntur alia orationis parte vices nominis gerente, praebenteque relationes, quam Grammatici Pronomen dixere. Hoc autem apud Melitenſes vel Separatum eſt, vel Conjunctum ſeu aliîs dictionibus *Affixum*: quod quidem cum Nominibus, Verbis, & Particulis poteſt adnecti.

CAPUT PRIMUM

De Pronomine Separato.

PRonomen Separatum eſt quadruplex, Perſonale, Demonſtrativum, Relativum, & interrogativum.

De Pronomine Perſonali.

101. Pronomen Perſonale quoquo in numero tres perſonas habet, nimirum Primam Secundam & Tertiam.

Sing: Yn ŷnæ ŷna jŷn jŷnæ jŷna *ego*
Ynt ŷnti *tu*
Hu hŭæ hŭa *is*, *ille*
Hi hĭæ hĭa *ea*, *illa*

Plur. Aȣnæ aȣna *nos*
Yntom, *vos*
Hŭma *ii*, *eae*, *illi*, *illae*.

De Pronomine Demonſtrativo.

102. Demonſtrativum habet tertiam perſonam ſolummodo, & diſtinguitur in

Digitized by Google

Propinquum & Remotum

Sing. Dân , dâna *hic*, *iſte*. Dâk dâka *ille*
Dĭn , dĭna *haec*, *iſta*. Dĭk dĭka *illa*

Plur. Davn davna *hi*, *iſti* . Davk davka *illi*, *illae* .

Crebro utrique Demonſtrativo praefigitur ſyllaba Hy hoc modo = Hydân hydâna , hydâk hydâka , hydĭn hydĭna , hydĭk hydĭka , hydavn hydavna , hydavk hydavka ; ſed ambo eandem ſignificationis vim retinent ,

De Pronomine Relativo .

103. Li *qui quae quod* eſt relativum noſtrum , vel ylli , ex articulo yl & relativo li compoſitum .

104. Ma ſuffixum dictionibus eſt relativum , in quo antecedens includitur , & ſignificat *quod* , *id quod* , *ea quae* .

105. Kol vel koll *omnis* , eſt quoque dictio relationis ; ut Kolma namynna tajjeb vyſq *omne quod fecimus* eſt *bonum valde* ..

106. Omnia relativa ſunt cujuſcunque numeri , generis , perſonae , & caſus . Numeri vero in Pronomine Singularis & Pluralis habentur .

Digitized by Google

De Pronomine Interrogativo.

107. Tria ſunt interrogationis Pronomina nempe Mĭn? *quis?* ut Mĭn hu? *quis eſt?* Lŷma vel lŷmæ? *qualis?* ut Lŷma hu? *qualis eſt?* Ш vel шyn? *quid?* ut Шnŷκlu? *quid manducemus?* шyn hu? *quid eſt?*

CAPUT SECUNDUM

De Pronomine Conjuncto.

108. PRonomen Conjunctum ſive Affixum quando Nomini affigitur, indicat poſſeſſionem, quando Verbo, caſum ut plurimum patientem, & aliquando Dativum; & quando quibuſdam determinatis Particulis valet poſſeſſivum Latinorum (111.).

109. Litterae autem affixionis ſeu affigendae ſunt pro 1. perſona sing. I vel JA, pro plur. NA raro NÆ, pro 2. ſing. AK vel EK, & pro plur. KEM ſeu KOM, pro 3. maſc. ſing. U vel H, pro foem. HA vel HE, & pro 3. pl. quae eſt comm. gen. HEM vel HOM.

Digitized by Google

110. Cum Verbis ac Particulis terminatis in N loco I primæ perſ. ſing. adhibemus NI; ut Savvatni *verberavit me*, mynni *a me*. Modi autem affigendi oſtendentur in lib. III: c. 4.

111. Notandum eſt tandem Melitenſes, uti Chaldaei & Syri praeter Affixum cum Nominibus ad indicandam poſſeſſionem uſos ſemper eſſe quodam alio peculiari poſſeſſivo Pronomine, quod ſpeciale eſt, & obſervatione dignum; ſic

Sing.
- Tihi *meus mea meum*
- Tinak *vel* tinek *tuus tua tuum*
- Tinu *ſuus* vel *ejus* maſc.
- Taħħa (30) *ſua* vel *ejus* foem.

Plur.
- Tanna *vel* tannæ *noſter a m*.
- Tankom *vel* tankem *veſter a m*.
- Taħħom *vel* taħħem *ſui ſuae ſua* vel *eorum earum, illorum illarum*.

Digitized by Google

PARS TERTIA

DE VERBO.

112. VErbum Melitenſe eſt duplex, Radicale nimirum & Auctum. RADICALE illud eſt ex quo alia verba originem trahunt, vel saltem trahere poſſunt; & ipſum a nullo nec pendet, nec principium ducere poteſt. AUCTUM e contra appellamus quod augetur, & ab alio etiam obſoleto aut nobis prorſus ignoto verbo derivatur. Hinc primum litteris tantum *Radicalibus* conſtat; ſecundum radicalibus ſimul & *Characteriſticis*, quibus augetur. Utrumque vero una eademque inflexione gaudet: nam quaeque variatio, quae in inflectendis Melitenſibus Verbis obſervatur a diverſitate claſſium, & non a conjugationum quantitate exoritur.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM

De Accidentibus Verbi.

113. VErbum apud nos inflectitur per Tempora, Numeros, Perſonas, & Genera, quae hinc, inde formantur a litteris Servilibus voces in conjugando variantibus, seu conjugatas reddentibus.

114. Tempora habentur quinque; alia, uti Præteritum Perfectum & Futurum *Propria*, alia *Impropria*; ut, Imperfectum & Pluſquam Perfectum: Praeſens vero Proprium erit in Intranſitivis, & in Tranſitivis Improprium.

Numeri in Verbo ſunt duo, Singularis & Pluralis.

Perſonae tres Tertia Secunda & Prima.

Genera pariter tria Maſculinum, Foemininum, & Commune.

OBSERVATIO

115. Priuſquam ad Conjugationem Verborum Melitenſium veniamus, velim quiſque animadvertat me in Verbo, ut in

ceteris Melitenſis linguae dictionibus aliam & omnino diverſam, quam alii in ſimili materie ſequi ſolent, vſam tenere; non ut novus in hoc ſcribendi genere videar, ſed ut juxta quod linguae noſtrae natura eſſentia & qualitas expetunt, eandem ipſam pertractem. Qua de re nemo mirari debet, ſi in temporibus a Praeterito, & in perſonis a tertia maſculina incipiam more Chaldaeorum, Hebraeorum, Arabum, aliarumque orientis gentium: quum inter illarum nationum linguas & noſtram ἀναλογία & affinitas quammaxima habeatur. Quoniam quemadmodum apud Latinos primaria ac radicalis vox, a qua ceterae oriantur, eſt prima ſingularis numeri praeſentis indicativi perſona, & ab ea proinde Verbum inflectere incipiunt; ita pariter apud nos, quum Verbi radix ſeu primaria vox in tertia praeteriti perſona ſingulari generis maſculini inſideat, ab ea conſequenter, & nunquam ab alia neceſſe eſt Verbi Melitenſis Conjugationem exordiamur procedendo ad tertiam foemininam, a qua ad ſecundam, quae communis eſt, & inde ad primam ſimiliter communem. Hinc conjugato praeterito ſervata eadem methodo progreditur ad Futurum, a quo ad Imperati-

vum, qui ab eo formatur, & tandem ad Praeſens, ſi proprium habebitur.

118. Quod autem ſpectat ad formationem Impropriorum temporum, & ad alios cum ceteris linguis uniformandi modos, de hoc poſtea agemus: nunc de Propriis tantum verba facimus. Circa Litteras Serviles (113.) illae ſunt quae inveniuntur in vocibus conjugatis extra radicalem, nimirum extra tertiam maſculinam ſingularem perſonam praeteriti, ut *na* τȣ̃ ꝗſamna *diviſimus* a ꝗaſam, *j* initiale & *u* finale τȣ̃ joꝗondu *ſedebunt* a ꝗanad, *n* initiale & *u* finale τȣ̃ nyſhmu *intelligimus* a fehem.

TYPUS CONJUGATIONIS

117. Tempus Praet. Verbi ꝗaſam *diviſit*.

Sing.	3	*maſc.*	ꝗaſam	*diviſit*	ille
		foem.	ꝗaſmet		illa
	2	*comm.*	ꝗſamt	*diviſiſti*	tu
	1	*comm.*	ꝗſamt	*diviſi*	ego
Plur.	3	*comm.*	ꝗaſmu	*diviſerunt*	illi
	2	*comm.*	ꝗſamtu	*diviſiſtis*	vos
	1	*comm.*	ꝗſamna	*diviſimus*	nos

Digitized by Google

118. Tempus Futurum

Sing.	3	*maſc.*	jaφſam	*dividet*	ille
		foem.	taφſam		illa
	2	*comm.*	taφſam	*divides*	tu
	1	*comm.*	naφſam	*dividam*	ego
Plur.	3	*comm.*	jaφſmu	*divident*	illi
	2	*comm.*	taφſmu	*dividetis*	vos
	1	*comm.*	naφſmu	*dividemus*	nos

119. Imperativus

Num.	Sing.	perſ. 2.	*comm.*	Aφſam	*divide*
	Plur.	2.		Aφſmu	*dividite*

Saepe pro praeſenti tempore adhibetur futurum, & peculiariter in Tranſitivis, quae praeſenti proprio carent.

119. Dictum eſt antea (114) Tranſitiva Verba Tempus Praeſens Proprium haud poſſidere. Quum autem verbum Φaſam ſit tranſitivum, idcirco praeſens proprium non habet. Ergo debemus uti pro typo temporis praeſentis proprii alio verbo, quod ſit intranſitivae ſignificationis, ut eſt Verbum Φanad *ſtetit*: cujus praeſens ad formationem praeſentis improprii tranſitivorum

tanquam auxiliare inſervit. Sed verbum ꝗanad non adhibui pro toto conjugationis typo, tum quia minus facile, tum quia in Futuro non poſſidet ubique A, ut ꝗaſam quemadmodum malebam, tum tandem quia in nonnullis conjugatis vocibus ob ultimam radicalem D mutationibus ſubjicitur; quibus omnibus pro conjugationis Typo verbum Ꝗanad adhiberi nequit.

Tempus Praeſens Proprium & Auxiliare Verbi Ꝗanad.

Sing.	maſc.	Ꝗŷned	*ſto ſtas ſtat*
	foem.	ꝗŷndæ	
Plur.	*comm.*	ꝗyndin	*ſtamus ſtatis ſtant*

Æquivalet quoque Participio praeſenti Latinorum, nempe *ego ſtans tu ſtans ille* ſeu *illa ſtans*. Pl. *nos ſtantes* &c.

120. Igitur ſex voces habentur in Praeterito; ſex pariter in Futuro, duae in Imperativo, & tres in praeſenti; quia prima & ſecunda perſona praeteriti, quae ſunt communis generis poſſident ſemper eandem vocem, uti ſimiliter eadem eſt in ſecunda com., & in tertia foeminina Fu-

Digitized by Google

turi. Ita etiam in tempore praeſenti numeri ſingularis una habetur vox pro maſc. genere, alia pro foem., & in plurali pro omnibus perſonis ac generibus una quoque habetur. Voces, quae ſimiles ſunt, ſenſu vel pronomine perſonali diſtinguuntur.

121. Sed ne voces eaedem in inflectendo repetantur, Conjugationem ſequenti modo conjugamus.

Conjugatio compendiata.

Praet. ſing. Ꝗaſam ꝗaſmet ꝗſamt. Plur. ꝗaſmu ꝗſamtu ꝗſamna.

Fut. ſing. Jaꝗſam taꝗſam naꝗſam. Plur. jamꝗſmu taꝗſmu naꝗſmu.

Imp. ſing. Aꝗſam. Pl. Aꝗſmu.

Per hanc compendiatam conjugationem facillimum eſt reliqua verba inflectere.

CAPUT SECUNDUM

De Verbo Radicali.

VErbum Radicale in ſua radice ſcil. in tertia perſona praeteriti maſculina ſingularis conſideratum, una vel duabus

Digitized by Google

conſtat ſyllabis: qua de re Radicale Verbum eſt vel Monosyllabum vel Dissyllabum. Hoc in quinque; illud in quatuor claſſes inter ſe diſtinctas, quae ad numerum novem aſcendunt, dividitur. Sed quoniam Diſſyllaba Verba Monoſyllabis faciliora ſunt ac clariora, a Diſſyllabis idcirco, juxta quod methodus poſtulat, incipiamus.

PRIMA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM.

123. Prima claſſis inter tres conſonas quieſcente ultima duas vocales parvas poſſidet. At quamvis una Conjugatio tantum quoad Serviles litteras in verbis omnibus obſervetur; nihilominus in ea inflectenda ex diverſitate vocalium inter radicales conſonas variae exinde erumpunt diverſarum claſſium formae; quarum paradigmata primum per exempla *variata*, dein per *extenſa* locis propriis opportune praebeamus.

124. Formae autem Radicalium Verborum primae Claſſis ſunt ſequentes treſdecim & habent in

Digitized by Google

	Praeterito	*Futuro &*	*Imperativo*
I.	a — a	a — a	a — a, ut
	Ȣarad	jaȢrad	aȢrad *arare.*
II.	e — e	e — e	e — e, ut
	Hemez	jehmez	ehmez *alligare*
III.	o — o	o — o	o — o, ut
	Foroɜ	jofroɜ	ofroɜ *vacuũ fieri*
IV.	a — e	a — e	a — e, ut
	∩amel	ja∩mel	a∩mel *facere*
V.	y — e	y — e	y — e, ut
	Nyzel	jynzel	ynzel *deſcendere*
VI.	a — a	o — o	o — o, ut
	Raɸad	jorɸod	orɸod *dormire*
VII.	a — a	y — a	y — a, ut
	Чaȣad	jyчȣad	yчȣad *negare*
VIII.	a — a	y — o	y — o, ut
	Dafar	jydfor	ydfor *contexere*

Digitized by Google

IX.	o — o	y — o	y — o, ut	
	ɰorob	jyɰrob	yuɰrob	*bibere*
X.	a — e	o — o	o — o, ut	
	ꝗatel	joꝗtol	oꝗtol	*interficere*
XI.	e — a	y — a	y — a, ut	
	Fetaʁ	jyftaʁ	yftaʁ	*aperire*
XII.	e — a	y — o	y — o, ut	
	Sebaꝗ	jysboꝗ	ysboꝗ	*anteire*
XIII.	e — e	y — e	y — e, ut	
	Mener	jymner	ymner	*vituperare*

125. Hic decet per tranſennam, ut ajunt, obſervare in variis Melitae & Gauli dialectis alias formas quaſdam praeter enumeratas audiri; ut jaʁrot, jufraɜ, namil, janmil, nizil, jynzil, ꝗaned, joꝗnad, juꝗnad, jaꝗnod, ꝗŷnꝗd jutlab, juſtar, juzlaꝗ, ɰurab, ꝗatil, juꝗtal, & ſimiles, quas licet pro uſitatis formis non enumerem, eo quod apud pleroſque, qui recte loqui credantur minime ſunt in uſu, neque in mea dialectu, quae eſt in medio

Melitae invenio : illas tamen haud deſpicio nec omitto, immo hic memoratas, ne pereant, volo : antiquitatis enim quammaxime audiunt, & veteribus Phoeni-Punicis inflectendi formis magis, ni fallor, accedunt.

Quibus per exempla variata praemiſſis, ad extenſa veniamus.

PARADIGMATA XIII. FORMARUM

PRIMAE CLASSIS VERBORUM RADICALIUM

126. *Paradigma I.* Ȣarat *aravit*.

Praet. (Sing. Ȣarat, ȣartet, ȣratt
Plur. Ȣartu, ȣrattu, ȣratna.
Futur. (Sing. Jaȣrat, taȣrat, naȣrat
Plur. Jaȣartu, taȣartu, naȣartu
Imper. Sing. Aȣrat. Pl. Aȣartu
Sic ſeq. Ȣaɸar, jaȣɸar *vexare*
Ȣaraɸ, jaȣraɸ *urere*
Ωalaɸ, jaωlaɸ *creare*
Пazaɸ, jaпzaɸ *fodere* ligone
Ʒalaɸ, jaʒlaɸ *claudere*
Φabad, jaɸbad *prehendere*
Φaſam, jaɸſam *dividere* &c.

Lectores moneo quod verba ſubjecta I. II. III. & IV. claſſi radicalium in 3. Praeteriti perſona plur., & in tribus perſonis Futuri pluralibus, ac in plurali imperativo quando antepenultima erit L M N vel R ; tunc hae litterae volunt vocalem parvam, qua moventur in ſupradictis perſonis : ut jaʒalɸu, jehymzu, joωonɸu, jaxartu jaɸalɴu, jщaɸylbu, & non jaʒlɸu, jehmzu, joωnɸu jaxrtu jaɸlɴu, jщaɸlbu &c.

127. *Paradigma II.* Hemez *alligavit*.

Pr. (S. Hemez, hemzet, hmyzt (20.)
(P. Hemzu, hmyztu, hmyzna.

Fut. (S. Jehmez, tehmez, nehmez
(P. Jehemzu, & jehymzu, tehemzu & tehymzu, nehemzu & nehymzu.

Imp. S. Ehmez. Pl: Ehemzu & ehymzu.
Sic ſeq. Hebez, jehbez *retrocedere*.

128. *Paradigma III.* Foroʒ *vacuus factus eſt*.

Pr. (S. Foroʒ, forʒot, froʒt
(P. Forʒu, froʒtu, froʒna

F. (S, Jofroʒ, tofroʒ, nofroʒ.
(P. Joforʒu, toforʒu, noforʒu.

Digitized by Google

Imp. S. Ofroз . Pl. Oforзu .

Praeſens (S. maſc. Fŷraз. foem. fŷrзa .
(Pl. comm. Fyrзin .

Sic ſeq. Kotor, joktor *augeri*
Korom, jokrom *inſiſtere*
Ɱonoɸ, joɱnoɸ *ſuffocare*
Ɱoloɸ, joɱloɸ *creari*
Зodos, joзdos *mergi*
Зolob, joзlob *macreſcere*
ɸorob, joɸrob *appropinquare* &c.

129. *Paradigma IV.* Ռamel *fecit* .

Pr. (S. Ռamel, namlet, namylt
(P. Ռamlu, namyltu, namynna (34)

F. (S. Janmel, tanmel, nanmel
(P. Janmlu, tanmlu, nanmlu .

Imp. S. Anmel . Pl. Anmlu .
Sic ſeq. Ꝛaleb, jaꝛleb *mulgere*
Ꝛamel, jaꝛmel *ferre*
Ɱaſel, jaɱſel *lavare*
ɸaleb, jaɸleb *vertere* &c.

130. *Paradigma V.* Nyzel *deſcendit* .

Pr. (S. Nyzel, nyzlet, nzylt
(P. Nyzlu, nzyltu, nzynna

Digitized by Google

F. (S. Jynzel, tynzel, nynzel.
(P. Jynzlu, tynzlu, nynzlu.

Imp. S. Ynzel. Pl. Ynzlu.

Praeſ. S. m. Nŷzel, f. nŷzlæ, P. c. Nyzlĭn.

Sic ſeq. Bydel, jybdel *mutare*
Fytel, jyftel *tepidus fieri*
Γybed, jyrbed *attrahere*
Kybes, jykbes *accendi*
Kyfes, jykfes *deficere luna, ſol.*
Kynes, jyknes *verrere*
Kyſer, jykſer *rumpere*
Rykeb, jyrkeb *equitare*
Sybel, jysbel *ſpicam emittere &c.*

131. *Paradigma VI.* Raɸad *dormivit.*

Praeteritum ut I. (126.) Fut. & Imper. ut III. (128.), & Praeſens facit Rŷɸed, rŷɸdæ, ryɸdĭn. Sic ſeq.

Baram, jobrom *torquere*
Baſar, jobſor *praevidere*
Φatar, joɸtor *diſtillare*
Φanad, joɸnod *ſtare*
Naɸas, jonɸos *deficere*
Rabat, jorbot *ligare* &c.

132. *Paradigma VII.* ɥaȣad *negavit.*

Praeteritum ut I. (126.)

Fut. (S. Jyɥȣad, tyɥȣad, nyɥȣad
P. Jyɥȣdu, tyɥȣdu; nyɥȣdu.
Imp. S. Yɥȣad: P. Yɥȣdu. Sic ſeq.

Taȣan, jytȣan *molere*
Fadal, jyfdal *ſupereſſe*
Faſad, jyſſad *emittere ſanguinem*
Lanaḅ, jylnab *ludere* &c.

133. *Paradigma VIII.* Dafar *contexuit.*

Praeteritum ut I. (126).

Fut. S. Jydfor, tydfor, nydfor
P. Jydfru, tydfru; nydfru.
Imp. S. Ydfor, P. Ydfru. Sic ſeq.

Talab, jytlob *orare*
Taɸab, jytɸob *perforare*
Daɷal, jytɷol *ingredi, intrare*
Fatam, jyftom *ablactare*
Fatar, jyftor *prandere*
Nanas, jynnos *dormitare*
Saɷan, jysɷon *calefieri*
Zabar, jyzbor *putare* &c.

Digitized by Google

134. *Paradigma IX.* Чoꭓob *bibit*.

Praeteritum ut III. (128.), Fut. & Imp. ut VIII. (133.), & ſic ſeqnentia Roꝗos, jyrꝗos *claudicare*, Sorof, jysrof *coire* &c.

135. *Paradigma X.* Φatel *necavit*.

Praeteritum ut IV. (129.); & Fut. ut III. (128.). Sic Θarer, joΘror *exire* &c.

136. *Paradigma XI.* Fetaꭓ *aperuit*.

Pr. S. Fetaꭓ, ſetꭓet, ſtaꭓt
P. Fetꭓu, ſtaꭓtu, ſtaꭓna.

Futurum & Imperativus, ut VII. (132.). Sic ſeq.

Telaꝗ, jytlaꝗ *dimittere*
Felaꭓ, jyflaꭓ *viribus valere*
Feraꭓ, jyfraꭓ *laetari*
Keſaꭓ, jyksaꭓ *frigere*
Ʒeraꝗ, jyʒraꝗ *ſubmergi*
Ոeraꝗ, jyՈraꝗ *ſudare*
Rebaꭓ, jyrbaꭓ *vincere*
Seraꝗ, jyſraꝗ *furari* &c.

137. *Paradigma XII.* Sebaꝗ *anteivit*.

Praeteritum ut antecedens, Fut. & Imperativus ut VIII. (133.); & ſic

Tebaɷ, jytboɷ *coquere pulmentum*.
Tebaꝗ, jytboꝗ *bene claudere*
Selaɷ, jysloɷ *glubere*
Zelaꝗ, jyzloꝗ *pede lapſari* &c.

138. *Paradigma XIII.* Meɲer *vituperavit*.

Pr. S. Meɲer, meɲret, mɲyrt, *vel* meɲyrt
P. Meɲru, mɲyrtu *vel* meɲyrtu, mɲyrnæ *vel* meɲyrnæ.

Fut. S. Jymɲer, tymɲer, nymɲer
P. Jymɲru, tymɲru, nymɲru.

Imperat. S. Ymɲer, Pl. Ymɲru.
Sic Teꝗel, jytꝗel *gravis fieri*.

Ex dictis quaedam Verba variant in Plurali temporis Futuri additione vocalis parvae, qua tertia conſonans mota reddatur; ut jyleɲbu, jyɷlbu, joꝗoɲdu &c. vid. p. 161.

SECUNDA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM

139. Secunda Claſſis radicalium eſt primae ſimilis ſilente ſolummodo ultima radicali littera , quae eſt Ո , & habet duas formas .

Prima habet duo *a* in pret. fut. & imp. ut Ꝗalan̄ jaꝗlan̄ aꝗlan̄ *eruere*: ſic

Pr. S. Ꝗalan̄ , ꝗalոet , ꝗlajt
P. Ꝗalոu , ꝗlajtu , ꝗlajna .

F. S. Jaꝗlan̄ , taꝗlan̄ , naꝗlan̄
P. Jaꝗalոu , taꝗalոu , naꝗalոu .

Imp. S. Aꝗlan̄ , Pl. Aꝗalոu .

Nonnulla ex ſimilibus aliquando defle-ctunt paullum mutando ſcil. vocalem quamdam ; ut Radan̄ , jardan̄ *lac ſugere* , quod in 3. foem. habet Redոet pro radոet ; & ſic in plurali Redոu , nec non in pluralibus Fut. & Imp. Jerdոu , terdոu , nerdոu, erdոu &c. quod uſus docebit .

Secunda habet duo *a* in praet. , *y* & *a* in fut. & in imperat , ut Talan̄ , jytlan̄ , ytlan̄ *aſcendere* .

Pr. S. Talan̄ , telոet , tlajt
P. Telոu , tlajtu , tlajna .

Digitized by Google

F. S. Jytlañ, tytlañ, nytlañ
P. Jytylnu, tytylnu, nytylnu

Imp. S. Ytlañ, N. Ytylnu
Praeſ. S. Tŷlañ, tŷlna, P. tylnĭn.
Sic ſeq. Tamañ, jytmañ *dare ad manducandum. Sperare, confidere*.

Samañ, jyſmañ *audire*
Zarañ, jyzrañ *ſeminare* &c.
Baɸañ vero *remanſit* in 3. foem. habet Baɸnet, & in Plur. Baɸnu uti ɸalañ.

Apud nonnullos pro *e* penultimo adhibitur *a* ut temnat, ɸalnat &c. pro temnet, ɸalnet.

TERTIA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM

140. Claſſi huic pauca verba ſubjiciuntur, & ſaepe Barbara. Habet mediam quieſcentem, quia ſecunda vocalis finem occupat, & in duas formas conſideratur: prima propriis ac nativis verbis, ſecunda exoticis & barbaris inflectendis inſervit.

Digitized by Google

Paradigma Primae Formae
Saꝗsa *interrogavit*.

Pr. (S. Saꝗſa, ſaꝗsŷt, ſaꝗſait
(P. Saꝗſav, ſaꝗſajtu, ſaꝗſajna.

F. (S. Jſaꝗſi, yſſaꝗſi (32.), nſaꝗſi
(P. Jſaꝗſu, yſſaꝗſu, nſaꝗſu.

Imperat. S. Saꝗſi. Pl. Saꝗſu.

Paradigma Secundae Formae
Salpa *diſceſſit*.

Pr. (S. Salpa, ſalpât, ſalpajt
(P. Salpav, ſalpajtu, ſalpajna

F. (S. Jſalpa, yſſalpa, nſalpa
(P. Jſalpav, yſſalpav, nſalpav.

Imp. S. Salpa, Pl Salpav.

Ita inflectuntur Verba Peregrina, & maxime quae ex Italia ad nos ſunt delata.

Digitized by Google

QUARTA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM.

141. Claſſis haec conſtat quatuor conſonis, & duabus vocalibus parvis, quae occupant ſecundum & penultimum locum, & poſſidet Formas V, nimirum in

	Praeterito	*Futuro*	*& Imperativo*	
I.	a — a	a — a	a — a,	ut
	ɥlandar	juɥandar	uɥandar	*publicare*
II.	e — e	e — e	e — e,	ut
	ꞁerbeb	jꞁerbeb	ꞁerbeb	*globare*
III.	a — e	a — e	a — e,	ut
	ɥlaɸleb	juɥaɸleb	uɥaɸleb	*verſare*
IV.	e — a	e — a	e — a,	ut
	Zeblaꝫ	jzeblaꝫ	zeblaꝫ	*onerare injuriis*
V.	y — e	y — e	y — e,	ut
	Fyuɥkel	jfyuɥkel	fyuɥkel	*impedire*

Digitized by Google

Paradigma I. Шandar *publicavit*.

Pr.	S. Шandar, щandret, щandart
	P. Шandru, щandartu, щandarna.
F.	S. Jщandar, yuщandar (32) nuщandar
	P. Jщandru, yuщandru, nuщandru.

Imperat. S Шandar, Pl. Шandru.

Sic ſeq. Baɸbaɸ, jbaɸbaɸ *bombos edere* olla fervens.

Чaɸчaɸ, jчaɸчaɸ *crepitare*
Чaɸlaɸ, jчaɸlaɸ *movere*
Фarɸar, jɸarɸar *ſonum cum murmure edere* venter
Lablab, jlablab *loquitari*
Sarſar, jſarſar *morari* &c.

Paradigma II. Ꞇerbeb *globavit*.

Pr.	S. Ꞇerbeb, ꞇerbbet, ꞇerbybt
	P. Ꞇerbbu, ꞇerbybtu, ꞇerbybna
F.	S. Jꞇerbeb, tꞇerbeb, nꞇerbeb
	P. Jꞇerbbu, tꞇerbbu, nꞇerbbu.

Imp. S. Ꞇerbeb, Pl. Ꞇeɼbbu. Sic ſeq.

Bekbek, jbekbek *ingurgitare in ſe*
Ꞇermed, jꞇermed *vigrificare*
Mermer, jmermer *labefieri farina*
Seksef, jseksef *ſciſcitari* &c.

Digitized by Google

Paradigma III. ɰaꝗleb *verſavit.*

Pr. (S. ɰaꝗleb, ɰaꝗylbet, ɰaꝗlybt
(P. ɰaꝗylbu, ɰaꝗlybtu, ɰaꝗlybna

F. (S. Jɰaꝗleb, yɰɰaꝗleb, nɰaꝗleb
(P. Jɰaꝗylbu, yɰɰaꝗylbu, nɰaꝗylbu.

Imp. S. ɰaꝗleb, Pl. ɰaꝗylbu.

Sic Ϥarmeɥ, jꝗarmeɥ *dentibus terere* cibum toſtum &c.

Paradigma IV. Zeblaꝛ *oneravit injuriis.*

Pr. (S. Zeblaꝛ, zebylꝛet, zeblaꝛt
(P. Zebylꝛu, zeblaꝛtu, zeblaꝛna

Fut. (S. Jzeblaꝛ, yzzeblaꝛ (32) nzeblaꝛ
(P. Jzebylꝛu, yzzebylꝛu, nzebylꝛu

Imp. S. Zeblaꝛ, Pl. Zebylꝛu

Sic ſeq. Fesdaꝗ, jfeſdaꝗ *folliculo extrahere*

Verzaꝗ, jverzaꝗ *ſtridere* &c.

Paradigma V. Fyɰkel *impedivit.*

Pr. (S. Fyɰkel, fyɰĸlet, fyɰĸylt
(P. Fyɰklu, fyɰĸyltu, fyɰkynnæ.

F. (S. Jfyɰkel, tfyɰkel, nfyɰĸel
(P. Jfyɰĸlu; tfyɰĸlu, nfyɰĸlu.

Imp. S. Fyɰĸel. Pl. Fyɰĸlu.

Sic Ryɰtel, jryɰtel *carminare* &c.

Digitized by Google

QUINTA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM.

142. Poſſidet duas conſonas ambas totidem motionibus motas. Hujus Claſſis Formae ſunt numero ſex, & habent in

	Praeterito	*Futuro* &	*Imperativo*	
I.	a — a	a — a	a — a,	ut
	Φara	jaφra	aφra	*legere*
II.	a — a	y — a	y — a,	ut
	Dara	jydra	ydra	*aſſueſcere*
III.	a — a	y — i	y — i,	ut
	Saφa	jysφi	ysφi	*irrigare*
IV.	y — æ	a — i	a — i,	ut
	Φylæ	jaφli	aφli	*frigere*
V.	y — æ	y — i	y — i,	ut
	Byκæ	jybκi	ybκi	*flere*
VI.	y — æ	y — æ	y — æ,	ut
	Bydæ	jyƀdæ	ybdæ	*incipere.*

Digitized by Google

Paradigma I. Ꝗara *legit.*

Pr.	S. Ꝗara, ꝗrât, ꝗrajt
	P. Ꝗrav, ꝗrajtu, ꝗrajna
Fut.	S. Jaꝗra, taꝗra, naꝗra
	P. Jaꝗrav, taꝗrav, naꝗrav.

Imperat. S. Aꝗra. Pl. Aꝗrav.

Sic Ѡara, jaѡra *exonerare ventrem* &c.

Paradigma II. Dara *aſſuevit.*

Quod flectitur ut antecedens, & in Fut. pro *a* primo habet y; ut jydra tydra &c.

Paradigma III. Saꝗa *irrigavit.*

Pr.	S. Saꝗa, sꝗât *vel* sꝗŷt, sꝗajt
	P. Sꝗav, sꝗajtu, sꝗajna
Fut.	S. Jysꝗi, tysꝗi, nysꝗi
	P. Jysꝗu, tysꝗu, nysꝗu.

Imperat. S. Ysꝗi, Pl. Ysꝗu.

Sic Γara, jyΓri *accidere, evenire.*

Digitized by Google

Paradigma IV. Ꝗylæ *frixit*.

Pr. S. Ꝗylæ, ꝗlŷt, ꝗlejt
P. Ꝗlev, ꝗlejtu, ꝗlejnæ.

Fut. S Jaꝗli, taꝗli, naꝗli
P. Jaꝗlu, taꝗlu, naꝗlu.

Imperat. S. Aꝗli Pl. Aꝗlu.

Sic ſeq. Ȣymæ, jaȣmi *ignem ſuccendere*
Ʒynæ, jaʒni *divitem reddere*
Rymæ, jarmi *projicere* &c.

Paradigma V. Bykæ *flevit*.

Praeteritum ut antecedens.

Fut. S. Jybki, tybki, nybкi
P. Jybku, tybku, nybкu.

Imperat. S. Ybki, Pl. Ybku.
Praeſens Bŷкi, bŷjæ, Pl. bykjĭn.

Sic ſeq. Bynæ, jybni *aedificare*
Tynæ, jytni *duplicare*
Гyræ, jyгri *currere*
Fydæ, jyfdi *redimere*
Kyræ, jyкri *locare*
Myщæ, jymщi *incedere*
Щylæ, jyщli *explorare* &c.

Digitized by Google

Paradigma VI. Bydæ *incepit.*

Praeteritum ut antecedens.

Fut. (S. Jybdæ, tybdæ, nybdæ
P. Jybdev, tybdev, nybdev.

Imperat. S. Ybdæ, Pl. Ybdev.

Sic ſeq. Syvæ, jyſvæ *valere* &c.

SEXTA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM.

143. Verba hujus claſſis, & cetera ſequentium ſunt Monoſyllaba, ac poſſident tres conſonas, quarum prima mota, & reliquae ſemper ſimiles & quieſcentes in fine. Huic claſsi quatuor ſunt Formae. Prima habet in praet. *a*, in fut. & imperat *o*; ut Damm, jdomm, domm *in unum colligere*. Secunda *a* in pr., & *y* in fut. & imp. ut Raɸɸ, jryɸɸ, ryɸɸ *tenuis fieri*. Tertia *e* in pr., & *y* in fut. & imp.; ut Meſs, jmyſs Myſs *tangere*. Quarta *e* tam in pr. quam in fut. & imp. ut Temm, jtemm, temm *finire*.

Digitized by Google

Paradigma I. Damm *in unum collegit.*

Pr. (S. Damm, dammet, dammajt.
(P. Dammu *vel* dammav, dammajtu. dammajna.

Fut. (S. Jdomm, yddom (32), ndomm
(P. Jdommu, yddommu, ndommu'.

Imp. S. Domm, Pl. Dommu. Ita ſeq. Daꝗꝗ, jdoꝗꝗ *ſonare*, Щaꝗꝗ, jщoꝗꝗ *findere*, Ȥamm, jȥomm *retinere*.

Paradigma II. Raꝗꝗ *tenuis factus eſt.*

Praet. ut antecedens, & Fut. S. Jryꝗꝗ, tryꝗꝗ, yrryꝗꝗ (33) P. Jryꝗꝗu, tryꝗꝗu, yrryꝗꝗu. Imperat. S. Ryꝗꝗ, P. Ryꝗꝗu. Quae ſequuntur inflecti poſſunt per primam & ſecundam formam, quia juxta dialectos variantur.

Ȣaſs, jȣyſs		jȣoſs *perſentire*
Ȣazz, jȣyzz	vel	jȣozz *lineas ducere*
Ɲadd, jɲydd		jɲodd *numerare* &c.

Paradigma III. Meſs *tetigit.*

Praet. ut antecedens, Fut. & Imp. ut II. & ita ſeq. Bell, jbyll *tingere*, Senn, jſynn

acuere, ꟺemm, juyymm *olfacere*, Zerr, jzyrr *elabi e manibus* &c.

SEPTIMA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM

144. Septima Claſſis habet vocalem magnam poſt duas conſonas ante finalem, & diſtinguitur in duas formas, prima cum â in praet. & y — â in fut. & imp., & ſecunda cum ŷ in praet. & ŷ—y in futuro.

Paradigma I. Ɵtâr *elegit*.

P. S. Ɵtâr, ɵtâret, ɵtart, Pl. Ɵtâru, ɵtartu, ɵtarna. Fut. S. Jyɵtâr, tyɵtâr, nyɵtâr. P. Jyɵtâru, tyɵtâru, nyɵtâru.
Imp. S. Yɵâr, P. Yɵtâru.

Sic ſeq. Ꝝmâr, jyꝝmâr *rubeus fieri*.
Ꝗsâr, jyꝗsâr *abbreviari*
Ɵdâr, jyɵdâr *viridis fieri*
Rtâb, jyrtâb *mollis fieri* &c.

Paradigma II. ꟺtŷꝗ *deſideravit*.

Pr. (S. ꟺtŷꝗ, ꟺtŷꝗet, ꟺtyꝗt
P. ꟺtŷꝗu, ꟺtyꝗtu, ꟺtyꝗna.

Fut. (S. Jyщtŷɋ, tyщtŷɋ nyщtŷɋ
(P. Jyщtŷɋu, tyщtŷɋu, nyщtŷɋu.

Imperat. S. Yщtŷɋ, P. Yщtŷɋu. Sic

Blŷh, jyblŷh *fatuus fieri*
Djŷɋ, jydjŷɋ *anguſtus fieri*
Jbŷs, jyjbŷs *aridus fieri*
Krŷh, jykrŷh *deformis fieri*
Mlŷʀ, jymlŷʀ *ſalſus fieri*
Sbŷʀ, jysbŷʀ *pulcher fieri* &c.

OCTAVA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM.

145. Verba hujus claſſis formantur ex una vocali magna inter duas conſonas: ejus formae ſunt quatuor

I.	â	Târ, ĭ jtĭr, ĭ tĭr	*volare*
II.	ŷ	Mŷl, ĭ jmĭl, ĭ mĭl	*inclinari*
III.	ŷ	Kŷn, û jkûn, û kûn	*eſſe*
IV.	ô	Sôm, ŭ jsŭm, ŭ sŭm	*jejunare*

Paradigma I. Târ *volavit*.

Pr. (S. Târ, târet. tyrt
(P. Târu, tyrtu, tyrna.

Fut. (S. Jtĭr . yttĭr , ntĭr
P. Jtĭru , yttĭru , ntĭru .

Imp. S. Tĭr, Pl. Tĭru . Sic Sâr , jsĭr *fieri, ad maturitatem pervenire* .

Paradigma II. Mŷl *inclinatus eſt* .

Pr. S. Mŷl , mŷlet, mylt . P. Mŷlu, myltu, mylnæ .
F. S. Jmĭl , tmĭl , ymmĭl (33.) P. Jmĭlu , tmĭlu , ymmĭlu .
Imp. S. Mĭl , P. Mĭlu . Sic Bŷd , jbĭd *ovum facere* .
Bŷn , jbĭn *vendere* , Rŷd , jrĭd *velle* : Rŷz , jrĭz *foetere* .

Paradigma III. Kŷn *fuit* .

Pr. (Sing. Kŷn , kŷnet , kynt *vel* kont
Plur. Kŷnu , kyntu *vel* kontu , kynnæ *vel* konna .

Fut. (Sing. Jkûn , tkûn , nkûn
Plur. Jkûnu , tkûnu . nkûnu .

Imperat. S. Kûn . Pl. Kûnu . Sic ſeq.

Dŷb , jdûb *evaneſcere*
Dŷm , jdûm *tardare*

Digitized by Google

Mŷt, jmût *mori* &c. At in Praet. ſemper faciunt dybt, mytt, dymtu, myttu &c. & nunquam dobt, mott, dobtu, mottu. Kont enim, domt, kontu, domtu &c. Arabiſmi ſapiunt, & ab eis, qui bene loquuntur, minime audiatur haec affectata pronunciatio.

Paradigma IV. Sôm *jejunavit*.

Pr. (S. Sôm, sômet, ſomt
P. Sômu, ſomtu, ſomna.

Fut. (S. Jsŭm, yssŭm (32.), nsûm.
P. Jsŭmu, yssŭmu, nsŭmu.

Imp. S. Sŭm. Pl. Sŭmu. Sic Dôr, jdŭr *converti*. Ϙôm, jϙŭm *ſurgere*.

NONA ET ULTIMA CLASSIS VERBORUM RADICALIUM.

146. Verba hujus claſſis conſona & vocali magna conſtant, & per tres formas inflecti poſſunt.

Parad. I. Ra *vidit*. (40.)

Pr. S. Ra, rât, rajt. P. rav, rajtu, rajna.
F. S. Jâra, târa, nâra. Pl. jarav, tarav, narav.
Imperat, S. Ara, Pl. Arav.

Paradigma II. Γy *venit* (40).

Pr. S. Γy, rŷt, rejt. Pl. Γev, rejtu, rejna.
Fut. S. Jyri, tyri, nyri. Pl. Jyru, tyru, nyru.
Imp. S. Ejja *vel* ejjæ. Pl. Ejjov.
Praes. S. Γej, rejjæ. Pl. Γejjin.

Paradigma III. Ta *dedit* (40).

Pr. S. Ta, tât, tajt. Pl. Tav, tajtu, tajna.
F. S. Jâti, tâti, nâti. Pl. Jâtu, tâtu, nâtu.
Imperat. S. Ati. Pl. Atu.

DE VERBO RADICALI VAUUATO.

147. Quodque Verbum quod incipit a radicali V, Vauuatum voco, & ab aliis diſtinguimus, quia a generali regula defle-

Digitized by Google

ctit. Hujuſmodi deflectio ſeu varietas conſiſtit in deficientia radicalis litterae V tam in Futuro quam in Imperativo; ut Vaſal, jaſal *pervenire*. Vaꝗañ, jaꝗañ *cadere*. Vyret, jyret *hereditare*. Vyzen, jyzen *ponderare* pro Javſal, javꝗañ, jyvred, jyvzen &c.

Excipe Vauuata quae pertinent ad quartam & ſeptimam claſſem, quae minime deflectunt; ut Verver, jverver *obvolvere*. Vtŷꝗ, jutŷꝗ *fortis fieri*. Vsŷn, jusŷn *latus fieri* &c. in quibus, uti in aliis Auctis V radicale non excidit.

CAPUT TERTIUM

De Verbo Aucto.

148. OMne Verbum Melitenſe, quum in radice creſcat ſeu augeatur, AUCTUM dicitur. Auctio autem fieri poteſt quinque modis, nimirum *duplicatione* mediae radicalis, *mutatione* cujuſdam litterae in aliam, *auctione* Characteriſticarum T, Y N, S, *mutatione & auctione*, ac *duplicatione ſimul cum auctione*: ex quibus dimanant novem ſequentes Verborum Auctum Species.

Digitized by Google

PRIMA SPECIES VERBORUM AUCTUUM.

149. Verba ſub hac prima Specie vel duplicant mediam radicalem, vel eandem (& hoc fit quando erit vocalis magna) convertunt in aliam, quae duplicatur. Sic Ϥaſſam *diſtribuit* a radicali Ϥaſam *diviſit*, Daωωal *introduxit*, *ingredi fecit* a Daωal *ingreſſus eſt*, Nyzzel *deſcendere fecit* a Nyzel *deſcendit*, Semmen *ſaginavit* a Symen *pinguis factus eſt*, Sajjar *coxit*, *maturavit* a Sâr *coctus eſt*, *ad maturitatem pervenit*, Tavval *prolongavit* a Tâl *prolongatus eſt*.

Exempla Aucti I. ſeu Primæ Speciei.

I. Ϥaſſam *diſtribuit*.

Pr. (S. Ϥaſſam, ϥaſſmet, ϥaſſamt.
    (P. Ϥaſſmu, ϥaſſamtu, ϥaſſamna.
F. (S. Jϥaſſam, tϥaſſam, nϥaſſam
    (P. Jϥaſſmu, tϥaſſmu, nϥaſſmu.
Imperat. S. Ϥaſſam, P. Ϥaſſmu.
Aucta praeſenti proprio carent.
Sic Bakkar, jbakkar *mane ante tempus ſurgere*

Digitized by Google

Baɤɤar, jbaɤɤar *navigare*
Daωωan, jdaωωan *fumare*
Kattar, jᴋattar *augere*
Varrab, jvarrab *locum dare* &c.

II. Semmen *ſaginavit*.

Pr. (S. Semmen, ſemmnet, ſemmynt
(P. Semmnu, ſemmyntu, ſemynnæ

F. (S. Jſemmen, yſſemmen (32.) nſem-men
(P. Jſemmnu, yſſemmnu, nſemmnu.

Imp. S. Semmen. P Semmnu. Sic. ſeq.

Tellef, jtellef *perdere fecit*
Deffes, jdeffes *vi in anguſtum locum in-trare fecit*
Demmel, jdemmel *ſtercorare terram*
Melles, jmelles *blandiri* &c.

Eodem modo conjugantur alia quae variant in vocalibus; ut Nyzzel, nyzzlet, nyzzylt: & pariter Byddel, jbyddel *mutare*. Fytteɰ, jfytteɰ *quaerere, procurare*. Ͳyddem, jͲyddem *morſicare*. Ita Ꝕabbez, Ꝕabbzet, Ꝕabbyzt (19) *ſaltare fecit*. Ոarrel, jՈarrel *feſtinare*. Ոarreb, jՈarreb *mirabundum reddere*. Ոaɰɰeɰ, jՈaɰɰeɰ *nidificare, habitare*.

Digitized by Google

III Raꝗꝗaꝗ *tenuem effecit* .

Pr. (S. Raꝗꝗaꝗ , raꝗꝗꝗet , raꝗꝗaꝗt
P. Raꝗꝗꝗu , raꝗꝗaꝗtu , raꝗꝗaꝗna .

F. (S. Jraꝗꝗaꝗ , traꝗꝗaꝗ , yrraꝗꝗaꝗ
P. Jraꝗꝗꝗu , traꝗꝗꝗu , yrraꝗꝗꝗu .

Imp. S. Raꝗꝗaꝗ . P. Raꝗꝗꝗu . Sic
Sammam , jſammam *durum reddere*
шlaꝗꝗaꝗ , jшaꝗꝗaꝗ *fulcare* &c.

IV. Sajjar *coxit* , *maturavit* .

Pr. (S. Sajjar , ſajret , ſajjart
P. Sajru , ſajjartu , ſajjarna .

F. (S. Jſajjar , yſſajjar , nſajjar
P. Jſajru , yſſajru , nſajru .

Imp. S. Sajjar . P. Sajru . Sic ſeq.
Tajjar , jtajjar *volare fecit*
Ωajjat , jnajjat *vociferare*
Ꝗajjat , jꝗajjat *ſtricte ligare* &c.

V. Tavval *prolongavit* .

Pr. (S. Tavval , tavlet , tavvalt
P. Tavlu , tavvaltu , tavvalna .

F. (S. Jtavval , yttavval , ntavval .
P. Jtavlu , yttavlu , ntavlu .

Digitized by Google

Imp. S. Tavval. P. Tavlu. Sic

Davvar, jdavvar *vertere*
Savvam jſavvam *jejunare fecit*
Savvar, jſavvar *pingere*. Et pariter
Devvem, jdevvem *cantari*
Nevvel, jnevvel *ferre manibus* &c.

SECUNDA SPECIES VERBORUM AUCTUUM.

150. Verba Aucta hujus ſpeciei fiunt mutatione primae vocalis parvae in magnam; ut Φŷned *ſtare* ſeu *ſedere fecit* a Φanad *ſtetit*, *ſedit*. Vŷzen *aequilibravit* a Vyzen *ponderavit*. Φârar *confeſſionem audivit* a Φarr *confeſſus eſt*.

Exempla Aucti II. ſeu ſecundae ſpeciei.

I. Bŷreĸ *benedixit*.

Pr. (S. Bŷreĸ, bŷrĸet, byryĸt.
(P. Bŷrĸu, byryĸtu, byryĸna.

F. (S. Jbŷreĸ, tbŷreĸ, nbŷreĸ
(P. Jbŷrĸu, tbŷrĸu, nbŷrĸu.

Imp. S. Bŷreĸ. P. Bŷrĸu. Sic

Dŷrex, jdŷrex *mane ante tempus ſurgere*
Fŷhem, jfŷhem *perſuadere*
Mŷhel, jmŷhel *retardare*
Vŷned, jvŷned *de diè in diem promittere* &c.

II. Mŷrœ *contradixit*.

Pr. (S. Mŷræ, myrŷt, myrejt
(P. Myrev, myrejtu, myrejnæ.
Fut. (S. Jmŷri, tmŷri, ymmŷri (33)
(P. Jmŷru, tmŷru, ymmŷru.
Imperat. S. Mŷri. P. Mŷru. Sic
Nŷdæ, jnŷdi *publicare* &c.

III. Môtal *retardavit, expectare fecit*.

Pr. (S. Môtal, môtlet *vel* môtlat, motalt & matalt
(P. Môtlu, motaltu *vel* mataltu, motalna *vel* matanna.
F. (S. Jmôtal, tmôtal, ymmôtal.
(P. Jmôtlu, tmôtlu, ymmôtlu (33).
Imp. S. Môtal. Pl. Môtlu. Sic
Ꝗârar, jꝗârar *vel* ꝗôrar, jꝗôrar &c.

TERTIA SPECIES VERBORUM AUCTUUM.

